        - } *Rit. Rom. de Sacram. Bapt. Cap. de Patrin.*
      - Negativa, nimirum ut non sint
        - Ratione muneris quod iis committitur
          - Censuris illigati
          - Infames
        - Ratione cognationis, Parentes ( *Cath. Rom. P.* 2. *C.* 2. *n.* 29. ).
        - Ratione solitarii status, Monachi ( *C.* 103. *D.* 4. *de Cons.* ).
    - Munera praecipua
      - In Baptismi actu, duo
        - Baptizandos ex Sacro Fonte suscipere
        - Pro infantibus aut adultis mutis respondere
        - } *R. Rom. Ord. Bapt.*
      - Post Baptismum, susceptos in re Christiana edocere, ( *Cath. Rom. P.* 2. *C.* 2. *num.* 26. *et* 28. ).
  - 3. Ut Baptizandi Fidei professionem emittant, et Satanae abrenuncient ( *Rit. R. Ord. Bapt.* ).
  - 4. Ut Baptizando nomen imponatur, quod neque obscoenum, neq. ridiculum neq. Etnicum, quoad fieri potest, sit. ( *Rit. R. de Bapt.* ).

# TABULA XXXVII.

## DE CONFIRMATIONE

( *ad Sect.* 2. *Tit.* 2. *Lib.* 2. )

Confirmationis

- Definitio: Sacramentum infusionis roboris per chrisma in verbo ad fidem, virtutesq. christianas firmiter retinendas, augendasque ( *Cath. R. P.* 2. *C.* 3. *n.* 20, *et* 21. ).
- Materia
  - Remota, Chrisma ex oleo, et balsamo ( *Con. Flor. in decr. de unione Armen.* ) quib. Graeci addunt alia 35. aromata ( *Eucholog. Graec. apud Goarium pag.* 637. *edit. Paris.* 1647. ).
  - Proxima, Unctio Chrismatis in fronte Confirmandi ( *C. Flor. loc. cit.* ) quae a Graecis extenditur ad aures, nares, pectus, oculos, pedesq. ( *Eucholog. Graec. loc. cit. pag.* 356. ).
- Forma, Verba quae in unctione adhibet Minister: Signo te etc. ( *C. Flor. loc. cit. Cath. R. loc. cit. n.* 11. ).
- Minister
  - Jure proprio, Episcopus ( *C. un. de Sacr. unct. C. T. Ses.* 7. *Can.* 3. *de Conf.* ).
  - Jure delegato a R. Pontifice, Sacerdos ( *C.* 1. *D.* 95. ).
- Subjectum
  - Homo baptizatus ( *C.* 1. *D.* 5. *de Cons.* ) qui est
    - Ritu Graeco ( extra Italiam, insulasq. adjacen. ) etiam Infans
    - Ritu Latino ( excepto mortis peric. ) Puer saltem 7. annos natus
    - *B. XIV. Const. Eo quamvis tempore.*
- Ritus tres praecipui
  - Praesentia Patrini ( *Conc. Tr. S.* 24. *de Ref. Matr. C.* 2. *in fin.* ) (*a*).
  - Impositio manuum ( *Pont. Rom. P.* 1. *de Confirm.* ).
  - Impactio alapae per ministrum in confirmatum ( *Cath. R. P.* 2. *C.* 3. *n.* 26. ).

(*a*) *Patrini requisita Vide in superiori Tab. Eadem enim sunt* ( Pont. Rom. P. 1. de Confirm. ).

---

# TABULA XXXVIII.

## DE EUCHARISTIA

( *ad Sect.* 3. *Tit.* 2. *Lib.* 2. )

Eucharistiae dup. aspectus
- Uti Sacramentum ( *Conc. T. S.* 13. *de Euch. per tot.* ) de quo Sect. 2. huj. Tab.
- Uti Sacrificium ( *C. T. S.* 22. *de Sacr. Mis. per tot.* ) de quo Sect. 2. hujus Tab.

# TABULA XXXVIII.

## SECT. I.

## DE EUCHARISTIA UTI SACRAMENTUM

**Sacramenti Eucharistiae**

- Definitio: Sacramentum corporis, et sanguinis Christi sub specie panis, et vini (*Con. T. Ses.* 13. *de Euch. C.* 1.).
- Materia duplex
  - Panis triticeus (*Cath. Rom. P.* 2. *C.* 4. *n.* 12.) qui est
    - Apud Latinos, azimus
    - Apud Graecos, fermentatus
      - Quin liceat a suae Ecclesiae usu discedere (*Con. Flor. in decr. unionis*).
  - Vinum ex uvis confectum (*Cath. R. P.* 2. *C.* 4. *n.* 15.) cui tantisper aquae admiscetur (*C.* 1. *et seqq. D.* 2. *de Cons.*).
- Forma sita est in verbis consecrationis panis et vini (*Cath. R. P.* 2. *C.* 4. *n.* 19. *et seqq.*).
- Minister
  - Quoad consecrationem solus Sacerdos (*Con. Tr. Ses.* 23. *Can.* 1. *Cath. R. P.* 2. *C.* 4. *n.* 66.).
  - Quoad dispensationem
    - Ordinarius
      - Parochus quoad
        - Viaticum (*Conf. Clem. un. de priv. cui quoad Viaticum nec contraria consuetudine, nec C. T. derogatum*).
        - Communionem Paschalem (*Eug. IV. Const.* 20. *Tom.* 1. *Bull. Rom.*).
      - Quilibet Sacerdos caeteris temporibus (*Arg. C. Tr. Ses.* 22. *C.* 6. *de Sacrif. Mis.*).
    - Extraordinarius, et ex necessitate Diaconus (*C.* 18. *D.* 93.).
- Subjectum
  - In genere Christianus adultus (*C. T. Ses.* 21. *de Com. sub utraq. specie Cap.* 4. *et Can.* 4.), et rationis particeps (*Cath. R. P.* 2. *C.* 4. *n.* 63.).
  - In specie, seu in vitae fine etiam Christianus amens, duplici sub conditione
    - 1. Si ante amentiam piam animi voluntatem praesetulerit
    - 2. Si fieri possit cum debita reverentia
      - *Cath. Rom. loc. cit.*
- Susceptio
  - Quoad tempus, dupl. tempore ex praecepto occurrit
    - Tempor. Paschali (*C.* 12. *de Poenit. et Rem.*).
    - Tempore gravis morbi (*C. T. S.* 13. *C.* 6. *de Euch.*).
  - Quoad modum duplici sub conditione facienda est
    - Ut graves culpae per Confessionem prius deleantur (*C. Tr. S.* 13. *C.* 7. *de Euch.*).
    - Ut naturale jejunium a dimidia nocte servetur (*Can.* 54. *D.* 2. *de Cons.*).

# TABULA XXXVIII.

## SECT. II.

## DE SACRIFICIO EUCHARISTIAE

- Sacrificii Eucharistiae, seu Missae
  - Species duplex
    - Publica, idest cum cantu, rituq. sollemni vel cum cantu tantum qualis praecipue est
      - Parochialis, quae dieb. festis a Parocho pro Populo
      - Conventualis, quae quotidie a Capitulis Canonicorum pro Benefactoribus
      - Celebratur (*Ben. XIV. Const. Cum semper*).
    - Privata, idest absque cantu, rituve solemni (*C. T. S.* 22. *C.* 6. *de Sacr. Mis.*).
  - Leges
    - Quoad Sacerdotes celebrantes, Ut celebrent legitimo
      - Loco, idest in Ecclesia consecrata, vel jussu Episcopi benedicta (*C.* 12. *D.* 1. *de Cons. Ben. XIV. Const. Inter omnigenas*).
      - Tempore, idest ab aurora ad meridiem (*Missal. Rom. in Rubr. de defect. Cap.* 10. §. 1. *Confer Marten. de ant. Eccl. rit. L.* 1. *C.* 3. *Art.* 4.).
      - Modo, idest servata liturgia, seu ritibus ab Ecclesia inductis (*C. T. S.* 22. *de Sacr. Mis. Decr. de observ. S. Rit. Cong. apud Miss. Rom. in princ.*).
      - Numero, idest ne plus una, excepto die Nativ. D. N. J. C., quo tres celebrari possunt (*Cap.* 3. *de Cel. Miss.*).
    - Quoad ceteros Fideles, ut ei dieb. festis de praecepto devote intersint aliqua in Ecclesia etiam extra Parochiam (*Leo X. Const. Intelleximus*).
  - Eleemosyna
    - Quoad naturam, est stipendium substentationis presbyteri, non pretium consecrationis (*Ben. XIV. de Syn. L.* 5. *C.* 8. *n.* 27.).
    - Quoad quantitatem, definitur vel a consuetudine, vel a lege synodali vel ab Episcopo (*S. Congr. Conc.* 16. *Nov.* 1698.).
    - Quoad effectum, infert obligationem Sacerdoti pro eo, qui illam largitus est, specialiter Sacrificium offerendi (*Ben. XIV. Const. Demandatam*).

# TABULA XXXIX.

## DE POENITENTIA

### (*ad Sect. 4. Tit. 4. Lib. 2.*)

- Poenitentiae
  - Definitio: Sacramentum reconciliationis cum Deo hominis post Baptismum in peccatum lapsi (*Conc. Tr. Ses.* 14. *Can.* 1. *de Sacr. Poenit.*).
  - Quasi materia sunt tres actus Poenitentis (*Conc. T. S.* 14. *Can.* 4. *de Sacr. Poen.*) idest
    - Contritio, cujus
      - Definitio: Animi dolor ac detestatio de peccato commisso cum proposito amplius non peccandi
      - Species dup.
        - Perfecta, quae oritur ex charitate perfecta, et cum Sacram. voto conjuncta hominem Deo reconciliat, priusquam Sacramentum suscipiatur.
        - Imperfecta, quae oritur ex turpitudinis peccati consideratione, vel poenarum metu, et ad Dei gratiam in Sacram. Poenit. impetrandam disponit.
        - *C. Tr. S.* 14. *C.* 4. *de Poen.*
    - Confessio, cujus
      - Definitio: Omnium saltem mortalium peccatorum, quae ex diligenti praemeditatione occurrunt una cum circumstantiis, quae peccati speciem mutant sincera accusatio coram legitimo Sacerdote ad veniam impetrandam (*Conc. Tr. S.* 14. *C.* 5. *de Poen.*).
      - Necessitas post Baptism., lapsis est de jure Divino (*Conc. Tr. Sess.* 14. *Can.* 6. *de Sacr. Poenit.*).
    - Satisfactio, cujus
      - Definitio: Poena arbitrio Sacerdotis poenitenti imposita (*C. T. S.* 14. *C.* 8. *de Poen.*).
      - Species dupl.
        - Publica, quae publice ob publica delicta perficitur (*Conc. Trid. S.* 24. *C.* 8. *de Ref.*).
        - Privata, quae privatim ob occulta peccata absolvitur (*C.* 87. *Ca.* 23. *q.* 5. *part. Glos.* §. 1. *Item Illud* ℣. *Secreta*).
  - Forma, conficitur verbis absolutionis (*Conc. Tr. S.* 14. *C.* 3. *de Poenit.*), quam Sacerdos profert, actum judicialem exercens (*Conc. Trid. Sess.* 14. *Can.* 9. *de Sacr. Poenit.*).
  - Minister
    - Jure plenario
      - In genere, Romanus Pontifex
      - In casu necessitatis, quilibet Sacerdos
      - *C. T. S.* 14. *Cap.* 7. *de Poenit.*
    - Jure minus pleno, seu exceptis casib. reservatis R. Pontifici, vel Episcopo (*C. T. S.* 14. *Cap.* 7. *de Poenit.*)
      - Ordinarius is, qui nedum potestatem ordinis, verum etiam subditos habet suae jurisdictioni subjectos, uti Episcopi, Parochi (*C.* 12. *de Poenit. et rem.*).
      - Delegatus, seu cum Episcopi venia, quilibet Sacerdos (*Conc. Tr. Ses.* 23. *Cap.* 15. *de Ref.*).
      - *Cath. R. P.* 2. *Cap.* 5. *n.* 56.

# TABULA XL.

## DE EXTREMA UNCTIONE

### ( *ad Sect.* 5. *Tit.* 2. *Lib.* 2. )

**Extremae Unctionis**

- Definitio: Sacramentum abstersionis reliquiarum peccati per unctionem in verbo ( *C. T. S.* 14. *C.* 2. *hoc Tit.* ).
- Remota est oleum olivar. ( *C. T. S.* 14. *C.* 1. *hoc Tit.* )
  - In genere benedictum, cujus benedictionis
    - Auctor
      - Apud Latinos, Episcopus ( *C. T. S.* 14. *C.* 1. *hoc Tit.* ).
      - Apud Graecos, etiam Presbyter ( *Ben. XIV. Const. Etsi pastoralis* ).
    - Tempus
      - Apud Latin. Quotannis Fer. V. in coena Domini, veteri combusto ( *C.* 18. *D.* 3. *de Cons.*).
      - Apud Graecos, Quoties ministratur ( *Ben. XIV. Const. Etsi pastoralis* ).
  - In casu necessitatis, seu ob infirmorum copiam etiam non benedicto admixtum ( *Arg. C.* 3. *de Cons. Eccl.*, *S. Cong. Supr. Inquis. S. Off.* 23. *Sept.* 1682. ).
- Materia
  - Proxima est ipsa unctio ( *Jac.* 5. *verb. Ungentes, addito C. T. S.* 14. *C.* 1. *hoc Tit.* ) quae fit
    - Apud Latinos
      - Quoad masculos, in quinque organis sensuum, renib., pedib.
      - Quoad foeminas, ibid. exceptis renib. ad honestatem.
      - } *Con. Flor. Instr. Armen. Ritual. Rom. hoc Tit.*
    - Apud Graecos
      - In fronte, mento, genis, pectore, pedibus, manibus
      - } *Bened. XIV. de Syn. Dioec. Lib.* 8. *Cap.* 3. *n.* 3.
- Forma comprehenditur precib., quas Sacerdos in unctione fundit ( *C. T. S.* 14. *C.* 1. *hoc Tit.* ).
- Minister
  - Ad validitatem, quilibet Sacerdos ( *Arg. Jac.* 5. *Verb. Presbyteros.* ).
  - Ad honestatem
    - Ordinarius est Parochus
    - Extraordinarius, idest in casu necessit., aut ex delegatione, quilib. Sacerdos.
    - } *Clem. I. de priv.*
- Subjectum triplex constituit qualitas
  - Baptismus ( *Conc. T. Ses.* 14. *in proem.*, *hoc Tit.* ).
  - Gravis infirmitas ( *Conc. Tr. Ses.* 14. *Cap.* 3. *hoc Tit.* ).
  - Ætas peccati capax ( *Arg. Conc. Tr. Ses.* 14. *Cap.* 2. *hoc Tit.* ).
- Iteratio fieri potest, quoties quis in novum morbum incidit ( *C. T. S.* 14. *Cap.* 3. *hoc Tit.* ).

---

# TABULA XLI.

## DE ORDINE

### ( *ad Sect.* 6. *Tit.* 2. *Lib.* 2. )

**Ordinis**

- Definitio: Sacramentum collationis spiritualis potestatis ad Sacra obeunda munia ( *C. T. S.* 23. *C.* 1. *de Ord.* ).
- Divisio est in
  - Majores, qui tres hoc est Presbyteratus, Diaconatus, Subdiaconatus.
  - Minores, qui quatuor hoc est Acolytatus, Exorcistatus, Lectoratus, Ostiariatus.
  - } *C. T. S.* 23. *C.* 2. *de Ord.* (*a*)
- Materia
  - In Ordinib. hierarchicis, seu Episcopatu, Presbyt. Diacon.
    - Juxta complures, manuum impositio
    - Juxta alios, Traditio instrumentorum ad cujusq. ordinis ministeria pertinentium
    - } *Confer Ben. XIV. de Syn. Dioec. L.* 8. *C.* 10.
  - In ceteris Ordinib., Instrumentorum traditio ( *C.* 15. 16. 17. 18. 19. *Dist.* 23. ).
- Forma
  - In Ordinibus hierarchicis
    - Juxta complures, Oratio, quam manus imponens
    - Juxta alios, Oratio, quam instrumenta tradens
    - } Episcopus recitat ( *Confer Ben. XIV. loc. cit.* ).
  - In ceteris Ordinib., Oratio, quam Episc. instrumenta tradens recitat ( *Cap.* 16. *et seqq. D.* 23. ).
- Minister
  - Quoad Ordines Majores, Episcopus.
  - Quoad Ordines minores
    - Ordinarius, Episcopus.
    - Extraordinar. cum venia R. Pontif. ( *Confer Ben. XIV. de Syn. Dioec. Lib.* 2. *Cap.* 11. *n.* 10. ) etiam Presbyter.
    - } *Cap.* 1. *de Ordin. ab Episc. qui renunc.*
- Subjectum duplex constituit qualitas
  - Baptismus ( *Cap.* 1. *et* 3. *de Presb. non baptiz.* ).
  - Sexus masculinus ( *Arg.* 1. *Cor.* 4. *et Arg. C.* 1. *in fin. de Cohab. Cler.* ).

(*a*) *Septem hi nominantur a C. Tr., Quaestio vero est, an Episcopatus Ordo sit distinctus a Presbyteratu an vero ipsius extensio, perfectio, et complementum* ( Ben. XIV. de Syn. Lib. 8. C. 9. n. 2. ).

# TABULA XLII.

## DE MATRIMONIO

( *ad Sect. 7. Tit. 2. Lib. 2.* )

- Matrimonii
  - Divisio est
    - Ratione ejus validitatis in
      - Verum, quod rite contractum est a personis idoneis ( *Arg. C. 7. de Sent., et Rej.* ).
      - Putativum, cujus
        - Definitio: Matrimonium specie validum, re irritum ob impedimentum latens ( *Cap. 11. qui fil. sint legit.* ).
        - Effectus est, ut quoad effectus civiles valeat (*Cap. 11. qui fil. sint*) duplici sub conditione
          - Ut contractum sit adhibitis sollemnitatibus.
          - Ut impedimentum ignoratum sit ab alterutro, vel ab utroque conjuge.
            - *Cap. 3. §. penult. de clan. desp.*
    - Ratione modi, quo contrahitur in
      - Publicum, quod publice contrahitur ( *Can. 1. et seq. Ca. 30. q. 5.* ).
      - Occultum, seu Conscientiae, cujus
        - Definitio: Matrimonium, quod occulte, et absque sollemnitatibus contrahitur.
        - Conditio duplex
          - Episcopi venia.
          - Gravis et justa caussa.
        - Effectus triplex
          - Omissio trium denunciationum.
          - Descriptio ipsius in Libro particulari, qui sigillatus servatur in Cancellaria Episcopali.
          - Descriptio prolis, si nascatur, absque Genitorum nomine in Libro Baptismi, conscio ea de re facto Episcopo.
        - *Ben. XIV. Const. Satis vobis.*
  - Aspectus dupl. considerari potest
    - Ratione ejus perfectionis in
      - Legitimum, quod scilicet secundum Gentium leges contrahitur absque Ecclesiae auctoritate ( *C. 7. de divort.* ).
      - Ratum, quod ex regulis Christianae religionis contrahitur, neq. adhuc corporum commixtione est firmatum ( *C. 7. de divort. C. Tri. S. 24. Can. 6. de Matrim.* ).
      - Consummatum, cui corporum accessit commixtio ( *Conc. Tr. loc. cit.* ).
    - Uti Contractus (*Eug. IV. Decr. pro instr. Arm.*) cuj.
      - Definitio: Viri et mulieris conjunctio individuam vitae consuetudinem continens ( *C. 11. de praesumpt.*).
      - Perfectio fit consensu ( *C. 2. Ca. 27. q. 2.* ), cujus declarationis modus dupl.
        - Immediatus, sive per se, quod fit
          - Aut verbis
          - Aut signis
            - ( *C. 23. de Sponsal.* ).
        - Mediatus, sive per procuratorem ( *C. 9. de proc. in 6.* ).
      - Qualitas characteristica, Indissolubilitas ( *C. Un. de Vot. in 6.* ).
    - Uti Sacramentum (*C. T. Ses. 24. Can. 1. de Matr.*) cuj.
      - Materia varie a pluribus assignatur; at communius est Contractus ipse, per quem vir et foemina suam obligant fidem, et perpetuam vitae coeunt societatem.
      - Forma
        - Juxta aliquos, Sacerdotalis benedictio.
        - Juxta alios, verba, vel signa, quibus consensus declaratur.
      - Minister
        - Juxta aliquos, Sacerdos benedicens.
        - Juxta alios, contrahentes ipsi.
      - *Confer Ben. XIV. L. 8. Ca. 13. de Syn. Dioec.*

# TABULA XLIII.

## DE SPONSALIBUS

### ( *ad Sect.* 8. *Tit.* 2. *Lib.* 2. )

**Sponsalium**

- Definitio: Nuptiarum mutua promissio ( *C.* 3. *Ca.* 30. *q.* 5. *Cap.* 31. *de Spons.* ).
- Divisio est in
  - Sponsalia de futuro, quae consensum continent in futuras nuptias.
  - Sponsalia de praesenti, quae consensum habent in praesens matrimonium.
  - { *C.* 31. *de Spons.*
- Subjectum dupl. constituit qualitas
  - Sana mens ( *C.* 24. *de Spons. L.* 8. *et L.* 14. *ff. de Spons.* ).
  - Ætas legitima, quae
    - Ad contrahendum simpliciter, absolute, est aetas pubertatis ( *C.* 7. *de Desp. imp.* ).
    - Ad contrahendum cum facultate resiliendi; ubi pubertas advenerit, est aetas septennio major ( *C.* 7. 8. 13. *de Despons. impub.* ).
- Perfectio fit consensu ( *C.* 1. *de Desponsat. imp.*), cujus
  - Divisio est in
    - Purum, quod absque ulla datur conditione ( *C.* 2. *de Sponsal.* ).
    - Conditionatum, quod sub aliqua datur conditione (*Tit. de Cond. appos. per tot.*), quae si sit
      - Honesta et possibilis contractum suspendit, et si non existit eum solvit ( *C.* 3. *et* 5. *de cond. appos.* ).
      - Turpis aut impossibilis negligitur ( *C.* 7. *in fin. de cond. app.* ).
      - Contraria Matrimonii bono, Sponsalia infirmat (*C.* 7. *de cond. appos.*).
  - Requisitum triplex, nimirum ut sit
    - Mutuus ( *C.* 31. *de Spons.* ).
    - Voluntarius ( *C.* 14. *de Spons.* ).
    - Reverentialis, idest ut emittatur, parentibus saltem non dissentientibus ( *C.* 1. *et* 3. *Ca.* 30. *q.* 5. *L.* 7. §. 1. *de Spons.* ). (*a*)
  - Emissio fieri potest
    - Tum ab ipsis contrahentibus ( *C.* 2. *de Sponsal.* ).
    - Tum ab ipsorum parentibus, eorum tamen accedente consensu ( *C.* 1. §. *fin. de desp. imp. in* 6. *abrogato C.* 1. *de desp. imp.* ).
- Effectus: Actio legitima ad implorandam Judicis auctorit., ut renuens cogatur implere fidem, quod fit dupl. modo
  - Per simplices admonitiones, si levis ( *C.* 17. *de Sponsal.* )
  - Per ecclesiasticas etiam censuras, si gravis ( *C.* 10. *de Sponsal.* )
  - { Urgeat caussa.
- Dissolutio fit
  - Ex utraque parte (*ex Textib. citand.*)
    - Per mutuum dissensum ( *C.* 2. *de Spons.* ) intra pubertatem elicitum ( *C.* 8. *de spons. impub.*) etiamsi sponsalia jurata sint ( *C.* 2. *de Spons.* ).
    - Per professionem in approbata Religione ab alterutro emissam ( *C.* 2. *de convers. Conjug.* ).
    - Per sacrorum Ordinum susceptionem ( *C. un. de vot. in* 6. ).
    - Per Matrimonium cum alio, aliave, injuria quidem, sed valide contractum ( *C.* 31. *de Sponsal.* ).
  - Ex una parte tantum, idest ex parte innocentis (*Arg. C.* 61. *de Regul. J. in* 6. *et arg. C.* 2. *de dolo et cont.*)
    - Per discessum alterutrius conjugis in longinquam regionem sine alterius consensu (*C.* 5. *de Sponsal.*).
    - Per magnam, et constantem mutationem
      - Sive animi
      - Sive corporis
      - Sive fortunarum
      - { *Arg. Cap.* 25. *de jurej. et C.* 3. *de Conj. lepr.*
    - Per fornicationem (*C.* 25. *de jurej.*), quae sit admissa
      - In maribus post sponsalia inita.
      - In feminis sive ante, sive post sponsalia, dummodo ignorata a sponso fuerint.
      - { *Ex sentent. DD. Confer Sanch. L.* 1. *D.* 63. *n.* 9. *de Matr.*
    - Per dolum ab alterutro adhibitum ( *Arg. C.* 2. *de dol. et cont.*, *et arg. C.* 2. *Ca.* 27. *q.* 2. ).

(*a*) *Conc. Trid. Ses.* 24. *de Refor. Matr. C.* 1. *Matrimonia sine consensu parentum valida declaravit. At de Sponsalibus nihil innovavit.* ( Ben. XIV. de Syn. Dioec. L. 12. C. 5. n. 1. ).

---

# TABULA XLIV.

## DE IMPEDIMENTIS MATRIMONII

### ( *ad Sect.* 9. *et* 10. *Tit.* 2. *Lib.* 2. )

- Impedimenta Matrimonii duplicis generis sunt
  - Dirimentia, quae contrahendum impediunt, contractum tollunt ( *Conc. Trid. Ses.* 24. *Can.* 3. ).
  - Impedientia, quae vetant contrahi, et contractum non tollunt ( *Tit. de Matr. contr. per tot.* ).

# TABULA XLIV.

## SEC. I.

## DE IMPEDIMENTIS DIRIMENTIBUS

- **Impedimentorum Dirimentium**
  - **Absoluta, unde impedimentum**
    - Impubertas ( *C.* 10. *de desp. impub.* ) nisi pubertas sit proxima, et malitia suppleat aetatem ( *C.* 9. *eod. Confer. Ben. XIV. Const. Magnae nobis* ).
    - Corporis duplex
      - Impotentia coeundi (*C.* 1.*de frigid.*) cujus
        - Qualitas duplex, ut sit
          - 1. Perpetua et incurabilis humana opera, et sine vitae discrimine(*C.*6.*de frig.et malef.*)
          - 2. Antecedens Matrimonium ( *Can.* 25. *Ca.* 32. *q.* 7. ).
        - Divisio est in
          - Absolutam ( *C.* 1. *de frig. et malef.* ).
          - Relativam ( *C.* 6. *in fine de frig. et malef.* ).
        - Probatio triplex
          - Experimentum triennale.
          - Juramentum conjugum, et 7. propinquorum.
          - Visitatio corporum ( *C.* 4. *et* 14. *de probat.* ).
          - } *C.* 5. *de frig. et malef.*
    - Animi triplex
      - Quoad Matrimonium subsequens
        - Ordinum Sacrorum susceptio ( *Extrav. un. Jo. XXII. devoto* ).
        - Matrimonium cum alio, aliave initum ( *C.* 2. *de Sponsu duor.* ).
      - Quoad Matrimonium etiam antecedens ( *qua de re V. Tab. seq.* ) Votum solenne ( *C. un. de Vot. in* 6.).
  - **Origo ex triplici defectu**
    - Arctius, vel latius vinculum dignoscitur arbore genealogica, quae conficitur
      - Stipite, a quo nempe ceteri descendunt.
      - Lineis, quarum
        - Definitio: Series personarum ab eodem stipite descendentium.
        - Divisio in
          - Rectas, quae continent genitores, et genitos.
          - Transversas, quae
            - Continent conjunctos a latere.
            - Subdividuntur in
              - Æquales, quae parem
              - Inaequales, quae imparem
              - } habent graduum numerum.
      - Gradibus, quorum
        - Definitio: Intervalla inter personam ac personam.
        - Computatio fit
          - In linea recta omnes enumerando gradus.
          - In linea transversa
            - Aequali tot enumerando gradus, quot sunt in alterutra
            - Inaequali tot enumerando gradus, quot sunt in linea longiore
            - } usque ad stipitem exclusive (*a*)
      - } *Confer Declar. Arb. Consang. post Ca.* 55. *q.* 5.
    - Cognatio cujus
      - Divisio est in
        - Naturalem, quae
          - Definitur; vinculum personarum per generationem ab eadem persona descendentium ( *Declar. Arb. Gen. loc. cit.* §. 6. ).
          - Nuptias impedit
            - In linea recta ad infinitum ( *L.* 53. *ff. de rit. Nupt. Confer Declar. Arb. Cons. loc. cit.* §. 12. ).
            - In linea transversa ad quartum gradum inclusive (*C.* 8. *de Cons. et affin* ).
        - Civilem, quae
          - Definitur; Propinquitas personarum ex adoptione (*Arg. C. un. de Cogn. leg.* ).
          - Nuptias impedit
            - Ratione initae cognationis
              - In linea recta ad infinitum etiam adoptione soluta (§. 1. *Instit. de Nupt.* ).
              - In linea transversa, inter fratrem et sororem tantum ( *Arg. L.* 12. §. *Adoptivae ff. de rit. nupt. C. un. de cogn. leg.* ) donec adoptio solvatur, vel filius naturalis emancipetur ( *Can.* 6. *Caus.* 30. *quaest.* 3. ).
            - Ratione debitae reverentiae inter adoptantem et uxorem adoptati, et vicissim ( *L.* 14. *de rit. ff. Nupt.* ).
        - Spiritualem, quae
          - Definitur; spiritualis proximitas ex Baptismo et Confirmatione per administrationem, vel susceptionem exorta ( *C.* 1. *Ca.* 30. *Quaest.* 3. ).
          - Nuptias impedit
            - Inter Susceptores et
            - Inter Ministrum et
            - } Baptizatum, vel confirmatum, ejusque Parentes (*Conc. Trid. Ses.* 24. *Cap.* 2. *de Reform. Matr.* ).
    - Affinitas, quae
      - Definitur: Personarum proximitas ex coitu proveniens ( *Declar. Arb. Affin. post. Ca.* 36. *q.* 5. ).
      - Nuptias impedit
        - Ex legitimis nuptiis, iisdem cognationis regulis ( *C.* 3. *de Cons. et Affin.* ).
        - Ex vetito coitu in 1.° et 2.° gradu ( *Conc. Trid. Ses.* 24. *C.* 4. *de Refor. Matr.* ).
    - Publica honestas, quae
      - Definitur: reverentia sine propinquitate sponsi, sponsaeve consanguineis debita ( *C.* 14. *Ca.* 27. *q.* 2. ) ex matrimonio, licet nullo, nisi tamen ex defectu consensus ( *Pius V. Constit. Ad Romanum* ) vel sponsalibus validis orta ( *Conc. Trid. Ses.* 24. *Cap.* 3. *de Reform. Matr.* ).
      - Nuptias impedit
        - Ex Matrimonio rato ad 4. gradum inclusive ( *Pius V. Constitut. Ad Romanum* ).
        - Ex sponsalib. validis in 1. gradu ( *Conc. Trid. Ses.* 24. *C.* 3. *de Reform. Matr.* ).
    - Crimen, cujus
      - Species duplex
        - Adulterium cum
          - Vel conspiratione necis alterius conjugis ( *C.* 3. *de eo qui dux.* ).
          - Vel fide mutuo data Matrimonii futuri ( *C.* 6. *eod.* ).
        - Homicidium conjugis, in quod alter conjux cum occisore conspiravit ( *C.* 1. *de Conver. Infid.* ).
      - Impedimentum si exerit inter correos ( *ex Testib. citat.* ).
    - Cultus disparitas plena, seu cum res est cum Infideli ( *C.* 15. *Ca.* 28. *q.* 1. ).
  - **Idoneitatis, quae duplex**
    - Consensus, unde quat. imped.
      - Error in personam ( *Ca.* 29. *q.* 1. *per tot.* ) vel libertatem ( *C.* 2. *de conj. Serv.* ).
      - Vis gravis ( *C.* 15. *de Spons.* ) et injusta ( *Arg. C.* 10. *de Spons.* ).
      - Raptus mulieris, donec loco sit reddita tuto ( *Conc. Trid. Ses.* 24. *C.* 6. *de Reform. Matr.* ).
      - Conditio, quae Matrimonii bono adversatur ( *C.* 7. *de Condit. appos.* ).
  - **Relativa, unde impedimentum quintuplex**
    - Formae Canonicae, si Parochus scil. et duo testes non adsint ( *C. Trid. Sess.* 24. *C.* 1. *de Reform. Matrim.* ).
- Dispensatio fit
  - Quoad ejus auctorem
    - A Summo Pontifice ( *Arg. C.* 4. *de Conc. Praeb.* ℣. *Qui secundum plenitudinem* ).
    - Ab Ecclesia in Concilio coacta ( *Conc. Trid. Ses.* 24. *Can.* 3. *et* 4. *de Sacr. Matr.* ).
  - Quoad ejus objectum In iis in genere, quae sunt Juris Ecclesiastici ( *Arg. C.* 4. *de Conc. Praeb.* ). (*b*)

(*a*) *In rebus tamen civilibus aliam adhibe computandi methodum, de qua apud Juris civilis Scriptores.*

(*b*) *Inter fratrem tamen et sororem, inter vitricum et privignam, in publico crimine homicidii cum adulterio ne dispensari quidem solet, licet sint impedimenta Juris Ecclesiastici. Ceterum quae inducta sunt jure divino, ea nullo modo dispensantur* (C. 13. de Rest. Spol. ℣. Opinioni).

# TABULA XLIV.

SECT. II.

## DE IMPEDIMENTIS IMPEDIENTIBUS

( *ad Sect.* 10. *Tit.* 2. *Lib.* 2. )

- Impedimenta Impedientia Octo numerantur
  - Sacratum tempus, quod est
    - A 1. Dominica Adventus ad diem Epiphaniae
    - A Die Cinerum ad Octavam Paschatis
    - } inclusive ( *C. Tr. S.* 4. *C.* 10. *de Ref. Matrim.* ).
  - Vetitum a Superiore Ecclesiastico ex justa caussa factum ( *C.* 1. *de Matr. contract.* ).
  - Sponsalia cum alio, aliave inita ( *C.* 17. *de Spons* ).
  - Votum simplex castitatis ( *C.* 6. *qui Clerici vel vov.* )
  - Cultus disparitas semiplena, cum scil. res est cum haeretico ( *Bened. XIV. Const. Matrimonia*).
  - Dissensus parentum, quoad filios fam. ( *C.* 1. *Ca.* 30. *q.* 1. *Conc. Tr. Ses.* 24. *C.* 1. *de Ref. Matr.* ).
  - Omissio trium denunciationum, quae praemittendae, nisi Episcopus dispenset (*Conc. Trid. Sess.* 24. *C.* 1. *eod.*).
  - Inscitia elementorum Christianae Religionis ( *Rit. Rom. Tit. de Matrim.* ).

# TABULA XLV.

## DE DIVORTIIS

( *ad Sect.* 1. *Tit.* 2. *Lib.* 2. )

- Divortii Species Duplex
  - Quoad vinculum ( *C.* 7. *de divort.* ), cujus
    - Causa
      - In Matrimonio sive rato, sive consummato, duplex
        - Obitus alterius Conjugis ( 1. *Corinth. Cap.* 7. ).
        - Conversio alterius Conjugis infidelis, si is, qui infidelis permansit
          - Aut sit Fideli molestus.
          - Aut per se discesserit a fideli
          - } *Cap.* 7. *de Divort.*
      - In Matrimonio simpliciter rato, dupl.
        - 1. Venia, et auctoritas Summi Pontificis (*Bened. XIV. Const. Dei Miseratione* ).
        - 2. Professio Religionis intra duos menses a contracto Matrimonio ( *C.* 7. *de Convers. Conjug.* ).
    - Requisita duo praecipue
      - 1. Ut ejus caussa agatur constituto prius Defensore Matrimonii, qui in omni actu citari debet
      - 2. Ut suum exitum habeat post duplicem conformem sententiam, servato semper pro matrimonio jure appellationis.
      - } *Bened. XIV. Const. Dei Miseratione.*
  - Quoad thorum (*Co. Tr. Sess.* 24. *Can.* 8. *de matrim.*), quod fit
    - Mutuo consensu ( *C.* 4. *de Convers. Conjug.* ).
    - Altero invito
      - Ex periculo
        - Animae
          - In genere, si conjunctio peccatum ( *Arg. C.* 2. *de Div.* ), disjunctio emendationem ( *Arg. C.* 3. *de Adult.* ) parere potest.
          - In specie, praesertim si alter conjugum in haeresim aut Idololatriam lapsus fuerit ( *C.* 6. *de Divort.* ).
        - Corporis
          - In genere, si conjunctio intolerabile minitetur incommodum ( *Arg. C.* 1. *de Conjug. Lepros.* ).
          - In specie, si alter in alterum gravem saevitiam adhibet ( *C.* 8. *et* 13. *de Rest. spoliat.* ).
      - Ex crimine
        - Infandae veneris ( *Arg. C.* 8. *de Divort. in fin.* ).
        - Adulterii (*C.* 4. *de Divort.*), nisi sit
          - Aut involuntarium ( *C.* 3. *et* 4. *Ca.* 82. *q.* 5. ).
          - Aut reciprocum ( *C.* 7. *de Adult.* ).
          - Aut remissum praesertim per concubitum post culpam non ignoratam (*Can.* 4. *Ca.* 32. *q.* 1. *L.* 11. *Cod. ad Leg. Jul. de Adult.* ).
          - Aut alteri etiam conjugi imputabile per quamlibet complicitatem (*Cap.* 6. *de eo qui cognovit consang.* ).

# TABULA XLVI.

## DE INDULGENTIIS ET REMISSIONIBUS

### ( *ad Tit.* 3. *Lib.* 2. )

**Indulgentiarum**

- Definitio: Remissio poenarum temporalium quas in peccatum lapsi subire post sacramentalem absolutionem debent (*Extrav.* 2. *de Poenit.* ℣. *quem quidem thesaurum* ).
- Modus duplex
  - Per absolutionem quoad vivos
  - Per suffragium quoad defunctos
  - } *Ben. XIV. Const. Apostolica* §. 14.
- Divisio est in
  - Partiales, quae poenae partem
  - Plenarias, quae poenam integram
  - } relaxant ( *Extrav.* 2. *de Poenit.* ℣. *quem quidem thesaurum* ).
- Distributio fit
  - Jure ordinario
    - A Romano Pontifice tum quoad plenarias, tum quoad partiales ( *Extrav.* 2. *de poenit.* ℣. *quem quidem thesaurum* ).
    - Ab Episcopis propriis ( *C.* 4. *de poenit.* ) quod partiales, quae nimirum sunt
      - Unius anni in dedicatione Ecclesiae
      - Quadraginta dierum, caeteris temporib.
      - } *C.* 14. *de Poenit. et remiss.*
  - Jure extraordinario a Presbyteris etiam et clericis inferioribus ( *Ben. XIV. Const. Apostolicum, et Const. Pia Mater; Bellarm. de Indulg. L.* 2. *C.* 11. ).
- Adeptio nonnulla poscit requisita, quae sunt
  - In genere duo
    - Expiatio ab omni lethali culpa ( *Extrav.* 2. *de poenit.* ℣. *quem quidem thesaurum* ).
    - Satisfactio operum praescriptorum ( *Ben. XIV. Const. Accepimus.* ).
  - In specie quoad eas quae dantur cum clausula=Confessis, et sacra communione refectis=item duo
    - Consuetudo saltem accedendi ad Poenitentiam semel in hebdomadas exceptis indulgentiis ad formam Jubilaei, in quibus actualis confessio requiritur ( *S. Congreg. Indulg.* 9. *Dec.* 1763. *ex audientia SS.mi* ).
    - Actualis Sacramentalis Communio ( *Ben. XIV. Const. Inter praeteritos* ).

# TABULA XLVII.

## DE DIVINO OFFICIO

### ( *ad Tit.* 4. *Lib.* 2. )

**Divini Officii**

- Definitio: Oratio vocalis ex praescripto Canonum a quibusdam recitanda legitimo tempore ac modo ( *ex testib. infra citandis* ).
- Distributio est septem in partes, quae sunt
  - Matutinum cum Laudibus
  - Hora
    - Prima
    - Tertia
    - Sexta
    - Nona
  - Vesperae
  - Completorium
  - } *Cap.* 1. *de celebr. Miss.*
- Recitatio
  - Quoad subjectum incumbit
    - Privatim
      - Beneficiatis choro non addictis ( *S. Pius* ℣. *Const. ex proximo* ℣. *Declarantes* ).
      - In sacris ordinibus constitutis ( *Ben. XIV. Constit. Eo quamvis tempore* ).
    - Publice seu in Choro
      - Canonicis, Clericisque beneficiatis choro adstrictis ( *C.* 9. *D.* 93. *C.* 9. *de celeb. Miss.* ).
      - Regularibus, exceptis Novitiis et Conversis.
      - } *Clem. I. de celeb. Mis.*
  - Quoad requisita tria postulat, nimirum ut fiat
    - Legitimo modo idest
      - Quoad officium oris studiose, seu sine syncopa
      - Quoad officium cordis devote
      - } *C.* 9. *de celeb. Miss. et ibi Glos.*
    - Legitimo tempore, idest quoad officium
      - Universim sumptum intra hor. 24., seu intra diem ( *Arg. C.* 9. *de celeb. Mis.* ).
      - Singulatim sumptum
        - Quoad Matutinum cum Laudibus ab elapso dimidio temporis, quod est a meridie ad occasum Solis, diei praecedentis usque ad meridiem diei proprii
        - Quoad horas, ab aurora ad meridiem
        - Quoad Vesperas, et Complet. a meridie ad occasum Solis.
        - } *Ex recepta consuetud.*
    - Legitima forma
      - In genere servando ritus ab Eccl. praescri ( *Pius V. Const. Quod a Nobis* ).
      - In specie servando praescripta in proprio Kalendario ( *Arg. propos.* 34. *damnat. ab Alex. VIII. die* 18. *Martii* 1666. ).
  - Quoad omissionem secum fert
    - In genere quoad omnes lethalem culpam ( *Arg. Clem.* 1. *de cel. Mis. Pius V. Const. Ex proximo Ben. XIV. Const. Eo quamvis tempore* ).
    - In specie quoad benefic. (post tamen sex menses a die possessionis) restitutionem etiam fructuum illius diei pro rata omissionis ( *Pius V. Const. Ex proximo* ).

# TABULA XLVIII.

## DE FESTORUM CELEBRATIONE

( *ad Tit.* 5. *Lib.* 2. )

- Dierum festorum, qui scil. peculiari modo divino cultui consecrati sunt (*C.* 5. *de Fer.*).
  - Institutio, et imminutio, respectu habito ad universam Ecclesiam, pendet a Rom. Pontifice ( *Urb. VIII. Const. Universa*, *Ben. XIV. Const. Non multi* ) (*a*).
  - Divisio
    - Ratione temporis, quo solent occurrere, est in
      - Immobiles, qui certo die ac mense celebr. ut Natalis D. N. J. C.
      - Mobiles, qui non eodem die quotannis celebrantur, uti Festum Paschatis a quo alii pendent, quodque celebratur die Dominico post plenilunium Martii ( *C.* 22. *D.* 3. *de Cons.* ).
      - *Ex Rubricis in Brev. R.*
    - Ratione subjecti est in
      - Generales, qui scilicet omnes Christi fideles obligant, ut dies Dominici etc. (*Urb. VIII. Const. Universa* ).
      - Particulares, qui a certis tantummodo Civitatibus, Dioecesibus, aut Nationibus celebrantur ( *C.* 5. *de Fer.* ).
  - Celebratio dupl. onus importat
    - Audiendi Missam ( *Can.* 62. *et* 64. *D.* 1. *de Cons.* ) Vid. Tab. 38. Sect. 2.
    - Se abstinendi
      - Ab operibus servilibus, nisi urgeat necessitas ( *C.* 3. *de Fer.* ).
      - Ab agendo mercatu rerum venalium.
      - Ab exercendis sub nullitatis poena (*Arg. L.* 5. *Cod. de Leg.*) actis judicialibus.
      - ( *C.* 1. *et* 5. *de Fer.* ).

(*a*) *In suis Dioecesibus possunt Episcopi nova Festa indicere V. Tab.* 6.; *ut ab ea re uti se abstineant monuit Urb. VIII. Const.* Universa.

---

# TABULA XLIX.

## DE JEJUNIIS

( *ad Tit.* 6. *Lib.* 2. )

- Jejunii (*a*)
  - Natura duabus partibus constat
    - Abstinentia a carne, ovis, et lacte ( *C.* 6. §. 2. *D.* 4. *Alex. VII. in prop.* 32. *damn. die* 18. *Mart.* 1666. ).
    - Unica in die comestione ( *C.* 50. *D.* 1. *de Cons. Ben. XIV. Const. in Suprema* ) facta circa meridiem ( *ex consuetudine S. Thom.* 2. 2. *q.* 147. *art.* 7. ) cui hodiernis moribus alia exigua coenula additur ( *Ben. XIV. Const. Si Fraternitas* ).
  - Divisio fieri potest ratione ejus
    - Naturae in
      - Integrum, in quo utraque pars Jejunii observatur ( *Arg. propr.* 29. *et* 32. *damn. ab Alex. VII. die* 18. *Mart.* 1666. ).
      - Partiale, in quo prima tantum Jejunii pars observatur, quodque Jejunii genus fieri solet Feria 6. (*C.* 16. *D.* 3. *de Cons.*) et Sabbato ( *C.* 31. *D.* 5. *de Cons.*) nisi occurrat iis diebus Nativitas Domini (*C.* 3. *de obs. Jejunii* ).
    - Subjecti in
      - Generale, quod omnes obligat, quodque occurrit in
        - Adventu, qualibet Fer. 6. ac Sabbato ( *C.* 2. *de obs. Jejunii* ).
        - Quadragesima, exceptis diebus Dominicis ( *C.* 9. *D.* 3. *de Cons.*) in quibus tamen interdicta est commixtio carnium cum piscibus ( *Ben. XIV. Const. Si Fraternitas* ).
        - Quatuor, ut ajunt, Temporibus ( *C.* 1. *et seqq. D.* 76. ).
        - Vigiliis plurium Festorum, ut Natalis Domini etc. quae tamen si occurrant in Dominica, tunc jejunatur in Sabbato ( *C.* 1. *de obs. jejun.* ).
      - Particulare quod certas personas obligat, idque
        - Vel Poenitentibus imponitur ( *C.* 8. *de accus.* ).
        - Vel ex voto suscipitur ( *C.* 3. *de obs. jej.* ).
        - Vel ab Episcopo in Dioecesi indicitur ( *Ben. XIV. de Synod. Dioeces. L.* 13. *C.* 4. *n.* 6.).
  - Exemptio conceditur
    - Quoad unicam comestionem iis qui 21. aetatis anno non exegere ( *S. Thom.* 2. 2. *q.* 147. *art.* 4. *n.* 2.).
    - Quoad abstinentiam a carnibus, et laticiniis, iis quib. adversa valetudo, aut venia a Summo Pontif. illud indulget, trina tamen sub conditione
      - 1. Ut cum carne pisces non misceant
      - 2. Ut unicam comestionem servent
      - *Ben. XIV. Const. Non Ambigimus.*
      - 3. Ut in vespertina coenula eam abstinentiam servent ( *Ben. XIV. Const. Si Fraternitas* ).

(*a*) *Agimus hic de Jejunio Ecclesiastico; quoad vero naturale in quo nihil prorsus cibi sumitur, cum adhiberi non soleat, nisi cum ad Eucharistiam accedimus, satis sunt quae diximus Tab.* 38. *Sect.* 1.

# TABULA L.

## DE ECCLESIIS

### ( *ad Tit.* 7. *Lib.* 2. )

**Ecclesiae**

- Definitio: Locus sacer murorum ambitu circumdatus ( *Glos. in Cap.* 4. *Ne praelati vices* ) ad divinum nempe cultum inibi explendum ( *C.* 11. *D.* 1. *de Cons.* ).
- Divisio praecipue est in
  - Cathedrales, quae fixam habent Cathedram Episcopi ( *C.* 16. *de major. et obed.* ).
  - Collegiatas, quae Collegium Canonicorum ( *Arg. C.* 1. *de elect.* )
  - Parochiales, quae Parochum ( *Arg. C.* 30. §. *Qui vero de praeb.* )
  - Regulares, seu Conventuales, quae Regulares ( *Clem.* 1. *de cel. Mis.* )
  - } Rectores habent.
- Aedificatio fit
  - Legitima caussa, quae est
    - Ex jure, Necessitas, aut commodum populi ( *C.* 3. *et* 6. *de Eccl. aedif.* ).
    - Ex privilegio, Arbitrium Episcopi pro eligenda sibi sepultura ( *Ca.* 74. *Ca.* 12. *q.* 2. ).
  - Legitimis sub conditionibus, idest
    - 1. Auctoritate Episcopi ( *C.* 4. *de priv. in* 6. ).
    - 2. Auditis interesse habentibus ( *Arg. C.* 44. *Ca.* 16. *q.* 1. *Cap.* 1. *et* 2. *de novi operis nunc.* ).
    - 3. Dote congrua constituta ( *C.* 1. *Ca.* 1. *q.* 2. ).
  - Legitimis sollemnitatibus, de quibus consule Pontific. Rom. *P.* 2. *T.* 1. *et* 2.
- Reparatio fit
  - 1. Ex bonis ipsius Ecclesiae restaurandae ( *C.* 1. 2. *et* 3. *Ca.* 10. *q.* 3. ).
  - 2. Iis deficientibus
    - In genere
      - 1. A Beneficiatis Ecclesiae restaurandae ( *C.* 1. *de Eccles. aedif.* ).
      - 2. A Patronis, nisi velint Juripatronatus renuntiare ( *S. Congr. Conc. die* 3. *Aug.* 1666. ).
    - In specie si Ecclesia sit
      - Cathedralis
        - 1. Ab Episcopo { *Arg. C.* 4. *de his quae fiunt a maj. et ibi*
        - 2. A Canonicis { *Abbas num.* 7. *Barb. in C.* 1. *de Eccl. aedif.*
      - Parochialis
        - 1. A Parocho ( *C.* 4. *de Eccl. aedif.* ).
        - 2. A Patronis
        - 3. A Parochianis { *Con. Tr. S.* 21. *C.* 7. *de Reform.*
    - } His omnibus deficientibus Ecclesia convertitur in profanos, non sordidos usus ( *C. Tr. S.* 21. *C.* 6. *de Ref.* ).

# TABULA LI.

## DE LOCIS SACRIS, SEU ECCLESIIS, ATQUE ALTARIBUS CONSECRANDIS ET RECONCILIANDIS

### ( *ad Tit.* 7. *Sect.* 1. *Lib.* 2. )

**Locus Sacer**

- Fit duplici modo
  - Per simplicem benedictionem ( *Arg. C.* 10. *de consecr. Eccl. et ibi Glos.* ).
  - Per sollemnem consecrationem, cujus
    - Modus fit pluribus, certisque adhibitis ritibus, de quibus Pontif. Rom. *P.* 2. *T.* 2.
    - Auctor est Episcopus proprius ( *C.* 9. *et* 25. *D.* 4. *de Cons. Cap.* 1. *de relig. Dom.* ).
    - Tempus quovis die occurrit ( *C.* 2. *de Cons. Eccles.* ).
    - Proprietas ea est ut iterari nequeat ( *C.* 20. *D.* 1. *de Cons. C.* 1. *de Cons. Eccl.* ) nisi concurrat
      - In genere Dubium Consecrationis ( *C.* 16. *et* 18. *D.* 1. *de Cons.* ).
      - In specie
        - Quoad Ecclesias
          - Latum incendium ( *C.* 20. *de Cons. D.* 1. ).
          - Parietum ruina ( *C.* 6. *de Cons. Eccles.* ).
        - Quoad Altare, ejus fractio, aut avulsio a sua basi ( *C.* 1. *de Consecr. Eccles.* ).
- Restituitur per reconciliationem ( *C.* 4. *de Cons. Eccl.* )
  - Caussa et praecedens pollutio, quae fit quadruplici modo
    - Humani sanguinis effusione ( *C.* 10. *de Cons. Eccl.* ) si sit injuriosa, et copiosa ( *Glos. in C. un. de Cons. Eccl. in* 6. ).
    - Homicidio, licet nempe effusus sanguis non fuerit ( *C.* 19. *D.* 1. *de Cons.* ).
    - Humani seminis effusione ( *C. un. de Cons. Eccl. in* 6. ) si sit tamen voluntaria ( *Glos. in C.* 20. *D.* 1. *de cons.* ).
    - Sepultura
      - Infidelis ( *C.* 27. *et* 28. *D.* 1. *de Cons.* )
      - Excommunicati vitandi ( *C.* 7. *de Cons. Eccl.* )
      - } Quor. proinde cadaver in reconciliatione ante omnia, si discerni queat, effodiendum est ( *C.* 27. *et* 28. *D.* 1. *de Cons.* ).
  - Auctor est
    - Episcopus, si consecrata ( *C.* 9. *de Cons. Eccl.* ).
    - Presbyter etiam, si benedicta ( *Arg. C.* 10. *de Cons. Eccl. ibid. Glos.* ).
  - Modus fit
    - Per aspersionem aquae, vino, ac cinere mixtae si consecrata ( *C.* 4. *de Cons. Eccl.* ).
    - Per solam aquam lustralem, si benedicta tantum ( *C.* 10. *de Con. Eccl.* ).
  - } Ecclesia fuerit.

# TABULA LII.

## DE ECCLESIARUM IMMUNITATE

( *ad Tit. 7. Sect. 2.* )

- Immunitatis Ecclesiarum duae partes sunt, quarum
  - Prima est, ut ibidem exerceri nequeant
    - In genere quilibet actus profani ( *C. 4. et 5. D. 42. Cap. 2. de immun. in 6.* ).
    - In specie
      - Judicia criminalia sub poena
        - Tum irritationis ( *C. 2. §. 1. de Imm. Eccl. in 6.* ).
        - Tum excommunicationis ( *C. 5. de Immun. Eccl.* ).
      - Judicia civilia sub poena irritationis tantum ( *C. 2. §. 1. de Immun. Eccles. in 6.* ).
      - Contractus neutra sub poena (*Arg. C. 2. de Imm. in 6, ubi irritationis poena ad sola judicia restringitur.*).
  - Altera est in jure asyli, cujus
    - Natura sita est in eo, ut debitores, et rei criminum ad loca, queis illud Jus inest, confugientes illinc avelli nequeant ( *C. 35. Ca. 17. q. 4.* ).
    - Subjectum cui inhaeret
      - Ex personis est Sacerdos Eucharistiam deferens ( *S. Cong. immun. in Melitensi 29. Maj. 1628. apud Pignat. T. 6. Cons. 4. n. 89.* ).
      - Ex locis
        - Sacris
          - Ecclesiae etiam non consecratae ( *C. 9. de imm. Eccl.* ) earumque partes et atria ( *C. 20. Ca. 17. qu. 4. L. 3. Cod. de his qui ad Eccles. confug.* ).
          - Locus, in quo primo lapide solemniter jacto Ecclesia aedificanda est ( *S. Congr. Immunit. in Januen. 5. Oct. 1688.* ).
          - Oratoria ( *S. Cong. Immun. in Brundusina. 18. Dec. 1694.* ) exceptis iis, qui in domibus privatorum sunt ( *S. Congr. Immun. in Perusina 9. Dec. 1631.* ) et Capellis Carcerum ( *S. Congr. Immun. in Tudert. 12. Jan. 1663.* ).
        - Religiosis
          - Palatium Episcopi ( *C. 36. Ca. 17. q. 4.* ).
          - Domus Parochialis ( *S. Congreg. Immun. in Comen. 25. Feb. 1698.* ) si in ea Parochus habitet ( *S. Cong. Immun. in Caesenaten. 17. Nov. 1654.* ).
          - Domus Canonicales ( *S. Congr. Imm. in Florentina 8. Maj. 1694.* ) et sodalitiorum, quae eorum Ecclesiis conjunctae sunt ( *S. Congr. Imm. in Civitatis Castelli 23. Jul. 1652.* ).
          - Coemeteria ( *C. 10. de imm. Eccl.* ) ac caetera loca religiosa, uti Monasteria, Hospitalia, Seminaria ( *Greg. XIV. Const. Cum alias.* ).
    - Beneficium denegatur
      - Certorum criminum reis, idest ex delinquentibus
        - InReligionem
          - Judaeo, qui susceptam Christianam Religionem deseruit.
          - Haeretico ob crimen haereseos.
          - Vim inferenti confugientibus ad Ecclesiam.
          - Hominem mutilanti in Ecclesia, vel ejus Coemeterio.
        - In personas
          - Reis laesae majestatis.
          - Reis falsi in Literis Apostolicis.
          - Mentientibus nomen Curiae ut sese in alienas domus intrudentes rapinas ac caedes expleant.
          - Publicis latronibus et Reis homicidii injusti, et voluntarii.
          - Sicariis eosque recipientibus, vel eorum operam conducentibus.
        - In Res
          - Expilantibus Montem Pietatis, aliave similia loca, ita ut morti subjici debeant.
          - Reis cusae, vel vitiatae monetae aureae, vel argenteae.
          - Diripientibus publice aliena bona, agrosq. depopulantibus.
      - Certis adhibitis sollemnitatibus, idest
        - Causa cognita a Judice Ecclesiastico, utrum nempe agatur de crimine immunitatis indigno.
        - Auctoritate ipsius.
        - Praesente viro Ecclesiastico ab eodem deputato.

*Greg. XIV. Const. Cum alias, Ben. XIII. Const. Ex quo.*

# TABULA LIII.

## DE ORATORIIS

( *ad Sect.* 3. *Tit.* 7. *Lib.* 2. )

- Oratorium Duplex
  - Publicum, quod omnibus patentem habeat januam ( *Sac. Congr. Episc.* 22. *Sept.* 1719. ) et Ecclesiis aequiparatur ( *Arg. C.* 16. *de exces. Prael.* ).
  - Privatum quod in privatis domibus extruitur ( *C.* 1. *de Priv.* ) et duplex distingui potest
    - Vel ad preces fundendas, idque cujusvis arbitrio extrui potest ( *C.* 33. *de Cons. D.* 1. ).
    - Vel ad Missam celebrandam, idque
      - In genere non licet pro arbitrio habere ( *C.* 53. *de Cons. D.* 1. ).
      - In specie concediturur
        - Ex jure, Episcopis, idque dupl. modo, idest
          - In propria aede, fixam erigendo Capellam ( *Ben. XIV. Const. Magno*).
          - In alienis domibus, itineris nempe et visitationis tempore, erigendo Altare portatile, dummodo tamen iis in domibus habitent ( *Ben. XIV. Const. Magno* ).
        - Ex privilegio ab Apostolica sede indulto, aliis etiam personis, dummodo aliquis ex indultariis celebrationi Missae sit praesens ( *Ben. XIV. Const. Magno animi* ).

# TABULA LIV.

## DE SACRA SUPPELLECTILE

( *ad Sect.* 4. *Tit.* 7. *Lib.* 2. )

- Sacra Suppellectilis
  - Partes praecipuae sunt
    - 1. Sacra indumenta Sacerdotum et Ministrorum ( *Ca.* 42. *D.* 1. *de Cons.* ) linteaque et cuncta altaris instrumenta ( *C.* 39. *D.* 1. *de Cons.* ), quae benedicuntur
    - 2. Vasa quae in Sacrif. adhibentur ( *C.* 41. *D.* 1. *de Cons.* ) quae benedicuntur, et consecrantur
    - 3. Campanae, per quas Populus ad Templum vocatur ( *Glos. in C. un. Extrav. com. de Off. Cust.* ) quae benedicuntur, et alicujus Sancti nomine decorantur
  - Proprietas, ut in hominum commercio non sit ( *C.* 8. *Ca.* 1. *q.* 3. *L.* 21. *C. de SS. Eccl.*).
  - Ab Episcopo antequam sacris usibus initientur absque facultate delegandi ( *Consule Bened. XIV. Inst.* 21. ).

# TABULA LV.

## DE RELIQUIIS, ET VENERATIONE SANCTORUM

( *ad Tit.* 8. *Lib.* 2. )

- Reliquiarum Sanctorum
  - Cultus exhibendus
    - Legitima cum venia, idest Romani Pontificis.
    - Legitimo modo, idest iis intra decentem capsam expositis.
  - Venditio vetita omnino habenda.
  - *C.* 2. *de Rel. et Ven. SS.*

# TABULA LVI.

## DE SEPULTURIS

( *ad Tit.* 9. *Lib.* 2. )

- **Sepulturae**
  - **Honor denegatur**
    - Ob defectum ecclesiasticae communionis (*Ca.* 12. *de Sep.*) iis, qui
      - Vel numquam ingressi sunt in Ecclesiam per Baptismum ( *C.* 27. *et* 28. *D.* 1. *de Cons. Rit. Rom. de Exeq.* ).
      - Vel egressi sunt ab eadem
        - Sive per se recedentes, uti Apostatae, Haeretici, Schismatici manifesti ( *C.* 24. *Ca.* 24. *q.* 1. *C.* 2. *et* 13. *de haeret. in* 6. ).
        - Sive ea privati, ut excommunicati vitandi, et nominatim interdicti ( *Clem.* 1. *de Sepult.*).
    - Ob probabilem perditionis suspicionem ( *C.* 6. *de Stat. Mon.* )
      - Suicidis voluntariis ( *C.* 12. *Ca.* 23. *q.* 5.).
      - Furibus, et latronibus in actu criminis interfectis ( *C.* 2. *de furt.* ).
      - Decedentibus
        - Absque satisfactione praecepti paschalis ( *C.* 12. *de Poenit., et Rem.* ).
        - Absque poenitentia quoad publicos peccatores (*Arg. C.* 16. *Ca.* 13. *q.* 2.).
        - Cum peculio quoad Monachos ( *C.* 6. *de Stat. Mon.* ).
        - } Ni poenitentiae signa dederint ( *ex textib. citat.* ).
    - In odium criminis ( *C.* 1. *de Torn.* )
      - Ad tempus, manifestis
        - Usurariis, licet satisfieri de receptis usuris mandarint ( *C.* 2. *de usur. in* 6. )
        - Raptoribus Ecclesiarum ( *C.* 2. *de Rapt.* )
        - } Donec scil. revera satisfactum fuerit ( *ex text. citat.* )
      - Perpetuo, occisis in
        - Duello ( *Ben. XIV. Const. Detestabilem* )
        - Torneamentis periculum mortis habentibus ( *C.* 1. *de Torneam.* )
        - } Licet nimirum poenitentiae dederint signa ( *ex text. cit.* ).
  - **Locus est**
    - In genere
      - Vel Ecclesiae, quae sepeliendi jus habent ( *Arg. C.* 10. *de Sep.* ).
      - Vel Coemeteria, idest loca quaedam religiosa sollemni Episcopi benedictione ad id addicta, et prope Ecclesiam sita ( *Arg. C.* 7. *de Cons. Eccl.* ).
    - In specie, is qui designatur
      - 1. Ab electione defuncti ( *C.* 1. *de Sep.* ) etiam extra Testamentum ( *S. Cong. Conc.* 13. *Febb.* 1666. *ad* 2. *et* 5. *dub.* ), quae tamen denegatur
        - Impuberibus ( *C.* 4. *de Sep. in* 6. ).
        - Religiosis ( *Cap.* 5. *de Sep. in* 6. ).
      - 2. A jure, ex cujus constitutionibus locus ille est
        - In genere
          - 1. Sepulcrum majorum ( *C.* 1. *de Sep.* ).
          - 2. Ecclesia Parochialis ( *Arg. C.* 10. *de Sep.* ).
        - In specie
          - Quoad impuberes, Locus quem iis pater elegit, si id loci patiatur consuetudo ( *C.* 4. *de Sep. in* 6. ).
          - Quoad mulieres Sepulcrum postremi viri ( *C.* 3. §. 2. *de Sep. in* 6.).
          - Quoad Religiosos, Ecclesia Monasterii proprii ( *C.* 5. *de Sep. in* 6. ).
          - Quoad Canonicos, et Beneficiatos, Ecclesia sui Capituli, vel Beneficii ( *S. Cong. Conc. in Tiburtina* 12. *Maj.* 1685. *ad* 2. *dub.* ).
  - **Jura Parochis exinde debita sunt**
    - Si cadaver sepeliatur extra Parochialem Ecclesiam
      - Jus benedicendi cadaver, antequam domo educatur.
      - Jus associandi idem cadaver.
      - } *Rit. Rom. Tit. de Exeq.*
      - Jus percipiendi quartam funerariam ( *C.* 8. *de Sep.* ) cujus
        - Detractio fit ex iis rebus, quae ad aliam Ecclesiam caussa funeris delata sunt ( *C.* 10. *de Sep. Arg. C.* 20. *de Test.* ).
        - Quantitas definitur moribus locorum ( *C.* 9. *de Sepult.* ).
    - Si cadaver sepeliatur in Ecclesia Parochiali, Jus percipiendi jura funeraria, seu Oblationes pro mortuis ex laudabili consuetudine invectae ( *C.* 42. *de Simon.* ).

# TABULA LVII.

## DE MONASTERIIS

( *ad Tit.* 10. *Lib.* 2. )

- Monasterii, ( quo nomine intelligitur certus locus ubi plures habitant, qui certa adstricti regula communem vitam ducunt )
  - Erectio fit certis sub conditionibus, idest
    - In genere
      - 1. Ut adsit venia
        - Tum Episcopi ( *Conc. Tr. Ses.* 25. *C.* 3. *de Reg.* ).
        - Tum Summi Pontificis ( *Innocent. X. Const. Instaurandae* ).
      - 2. Ut duodecim saltem ibidem habitent Monachi ( *Greg. XV. Const. Cum alias; Inn. XII. Const. Nuper* ).
      - 3. Ut ex redditibus, aut ex consuetis fidelium eleemosynis sustentari queant ( *Conc. Tr. Ses.* 25. *C.* 3. *de Reg.* ).
    - In specie
      - Quoad Monachos, ut audiantur Procuratores vicinor. Monasteriorum aliique interesse habentes ( *Clem. VIII. Const. Quoniam* ).
      - Quoad Moniales, ut earum Monasterium intra Urbem construatur, ut a pravorum hominum attentatis sit immune ( *Conc. Trid. Ses.* 25. *C. de Regul.* ).
  - Exemptio
    - Prodest iis tantum in quibus duodecim saltem habitant Monachi ( *Innocent. X. Constit. Instaurandae* ).
    - Limitatur de iis de quibus Tab. 6.

# TABULA LVIII.

## DE SEMINARIIS CLERICORUM

( *ad Tit.* 11. *Lib.* 2. )

- Seminariorum
  - Finis: Institutio Juvenum in bonis litteris scientiisque Ecclesiasticis, qui ut recipiantur esse debent
    - 1. Legitimi.
    - 2. Duodecim ad minimum annos nati.
    - 3. Legendi, ac scribendi periti.
    - 4. Ejus indolis, ut spes sit, eos se ecclesiasticis Ministeriis addicturos.
  - Erectio in quavis Dioecesi fieri debet.
  - Dos, si desit, sumi debet ex redditibus
    - Mensae Episcopalis / Capituli / Ceterorum beneficiorum
      - Solutionis modo ab Episcopo constituto.
  - Regimen est penes Episcopum, qui tamen nonnullis veluti Consultoribus utitur, qui sunt
    - Quoad rectam Juvenum institutionem duo Canonici abs se electi.
    - Quoad Seminarii administrationem quatuor, idest
      - Duo Capitulares, quorum
        - Alter ab Episcopo
        - Alter a Capitulo
      - Duo ex Clero Viri, quorum
        - Alter ab Episcopo
        - Alter a Clero
      - eligitur.

*Con. Trid. Ses.* 23. *de Ref. C.* 18.

# TABULA LIX.

## DE HOSPITALIBUS

( *ad Tit.* 12. *Lib.* 2. )

Hospitalium (*a*)

- Finis: Alere, aut educare certum hominum genus ope egentium ( *Arg. Clem.* 2. *de relig. Dom.* ).
- Species multiplex, veluti
  - Xenodochia, quae hospitibus recipiendis
  - Orphanotrophia, quae orphanis educandis
  - Nosocomia, quae aegrotis curandis
  - Ptochotrophia, quae pauperibus sustentandis
  - Gerontocomia, quae senibus alendis
  - Brephotrophia, quae infantibus nutriendis
  - } Sunt erecta ( *C.* 23. *Ca.* 23. *q.* 8. *et ibi Glos. L.* 46. §. *Sed Deo Condic. de Episcop. et Cler.* ).
- Regimen est penes Episc. (*C.* 3. *de Relig. Domib.*) exceptis
  - Exemptis (*Arg. C.* 8. *de Relig. Dom.*) quae Episcopi visitationi tantum subjiciuntur ( *Clem.* 2. *de relig. Dom.* ), nisi sint
    - Aut Militarium Ordinum
    - Aut Religiosorum
    - } *Clem.* 2. *de Relig. Dom.*
    - Aut sub immediata Regum protectione ( *C. T. Ses.* 22. *C.* 9. *de Ref.* )
    - } In quibus tamen etiam salvum Episcopo jus est exigendi ab Administratoribus rectae administrationis rationem ( *Conc. Trid. Ses.* 22. *C.* 9. *de Ref.*).
  - Iis quorum fundationis leges aliud postulant ( *Arg. Glos. C.* 8. *de Consuet.* ℣. *Constitutum in fin.* ).

(*a*) *Eadem dicito de ceteris locis piis. Quoad Confraternitates vero animadversum volumus eas erigendas esse auctoritate Episcopi, qui earumdem etiam statuta cognoscere atque approbare debet* ( Clem. VIII. Const. Quaecumque ).

---

# TABULA LX.

## DE REBUS ECCLESIAE TEMPORALIBUS

( *ad Tit.* 7. *Lib.* 2. )

- Res Ecclesiae temporales sunt comparatae
  - Vel ad Ecclesiae, et Clericorum necessitates depellendas
  - Vel ad certum pium opus obeundum
  - } *Arg. C.* 26. *ad* 31. *Ca.* 12. *q.* 2.

# TABULA LXI.

## DE BENEFICIIS

*( ad Tit. XIV. ejusque Sect. 1. 2. et 5. Lib. 2. )*

**Beneficiorum**

- Natura sita est in jure percipiendi ad vitam (*C. 1. de Conc. Praeb.*) fructus de bonis Ecclesiasticis (*Arg. C. 16. de Praeb.*) ratione muneris Ecclesiastici (*C. 15. de Rescr. in 6.*).
- Species multiplex, idest
  - Ratione oneris
    - Alia residentialia, queis scil. inest residentiae onus (*Extrav. un. de Decim. in princ.*).
    - Alia non residentialia, (*Extrav. un. de Deo.*), quae etiam proprie simplicia vocamus (*Ben. XIV. Inst. 97. n. 3.*).
  - Ratione honoris
    - Alia majora, quib. haerent Principes in Eccl. gradus cum jurisdictione, et cura animarum quae sunt
      - Episcopatus cujusvis gradus.
      - Abbatiae cum quasi episcopali jurisdictione.
      - *Ca. 12. de conc. praebendae.*
    - Alia minora, qualia sunt caetera omnia.
  - Ratione subjecti
    - Alia saecularia, quae saecularibus tribuuntur (*C. 5. de Praeb. in 6.*).
    - Alia Regularia, quae debentur Regularibus (*C. 38. de Elect.*) quaeque talia fiunt triplici modo
      - Fundatione (*Arg. C. 28. de Elect.*).
      - Incorporatione (*Clem. 2. de reb. Eccl. non alien.*).
      - Praescriptione legitima (*C. 25. de Praeb. in 6.*) seu quadraginta annorum (*C. 8. de Praeb.*).
  - Ratione retentionis
    - Alia incompatibilia, quorum
      - Natura in eo est ut plura simul retineri nequeant
        - Eo affectu, ut possessio secundi, vacationem primi post duos menses pacificae possessionis inducat (*Rota in Asten. Canonicatus 4. Jun. 1745. coram Vicecom.*).
        - Ea poena, ut ulterior retentio privationem utriusque ipso jure inferat (*C. 28. de Praeb., Extrav. 4. de Praeb.*).
      - Genus complectitur beneficia
        - Residentialia (*Con. Tr. Ses. 24. C. 17. de Ref.*).
        - Uniformia; seu idem onus habentia in ead. Eccl. (*Ben. XIV. Inst. 91. n. 7.*).
    - Alia compatibilia, quae duo simul, non plura (*Arg. C. 19. de Praeb. in 6.*) retineri possunt, si unum vitae sustentationi non sufficiat (*Conc. Trid. Ses. 24. C. 17. de Ref.*).
- Erectio fieri debet legitima auctoritate, idest
  - Summi Pontificis, quoad Beneficia majora (*C. 1. D. 22.*).
  - Episcopi proprii, quoad beneficia minora (*Arg. C. 9. D. 1. de Cons.*).
- Onera
  - In genere
    - Ministerium altaris (*C. 15. de Rescr. in 6.*).
    - Recitatio Officii (*S. Pius V. Const. Ex proximo ℣. declarantes*).
  - In specie Ea quae beneficio speciatim adnexa sunt (*Conc. Tr. Ses. 25. C. S. de Ref.*).
- Adeptio, et Amissio earumq. modi ac leges videndae a Tab. 21. ad 23. inclusive.
- Possessio est actus quo post collationem quis in exercitium juris benef. fruendi sollemni modo immittitur, cujus
  - Apprehensio fit vel per se, vel per procuratorem (*C. 24. de Praeb.*).
  - Traditio fit per Collatorem (*Arg. L. 20. ff. de acquir. rer. dom.*) vel per ejus Delegatum (*Arg. C. 68. de Reg. J. in 6.*).
  - Conditio
    - In genere, ut symbolici adhibeantur ritus, ut in Canonicis traditio Stalli etc. (*Ventrigl. Tom. 2. ad-not. 9.*).
    - In specie quoad Canonicos Eccl. et obtinentes Benef. curatum Fidei professio, cujus
      - Conditio triplex, nimir. ut fiat
        - Per semetipsum (*S. Cong. Con. in Calaguritana 12. Sept. 1696.*).
        - Coram legitimis personis, quae sunt
          - In Beneficiis Curatis, Episcopus, ejusque Vicarius.
          - In Canonicatibus
            - Tum Episcopus, ejusve Vicarius.
            - Tum Capitulum.
        - Legitimo tempore, idest saltem post duos menses a capta possessione.
        - *Conc. Tr. S. 24. C. 12. de Ref. Consule Ben. XIV. Inst. 6.*
      - Omissio facultatem adimit faciendi fructus suos.
  - Effectus triplex, idest
    - Initio, facultas faciendi fructus suos (*Arg. L. 20. Cod. de pactis*).
    - Post annum, Jus certum in possessorio
    - Post triennium, Liberatio a quibusvis molestiis etiam in petitorio, salva exceptione Simoniae
      - Si possessio pacifica fuerit (*Reg. 35. et 36. Cancell.*).
- Conjunctio duplex
  - Personalis, quae scilicet ad vitam personae durat, eaque vetita habetur (*Conc. Trid. Ses. 7. C. 4. de Ref.*).
  - Realis, cujus
    - Conditio quadruplex, nimirum ut sit
      - Prudens, idest ex utilitatis, vel necessitatis caussa (*C. 33. de Praeb.*).
      - Legitima, idest auctore
        - Summo Pontifice, quoad Beneficia Cathedralia (*C. 8. de exces. Prael.*) et exempta (*Arg. C. 16. de Major.*).
        - Episcopo, quoad cetera Beneficia (*C. 8. de excess. Praelat.*).
      - Sollemnis idest auditis
        - Interesse habentibus (*Conc. Tr. Ses. 7. C. 6. de Ref.*).
        - Capitulo Ecclesiae Cathedr. (*Clem. 2. de Reb. Eccl.*).
      - Compatibilis idest ne fiat in iis benef. inter quae unio conciliari nequit, quae sunt
        - Beneficia diversae Dioeceseos (*Conc. Tr. Ses. 24. C. 9. de Ref.*).
        - Beneficia curata cum
          - Abbatiis
          - Dignitatibus
          - Praebendis Canonicorum
          - Collegiis quibuscumque
          - *Conc. Trid. Ses. 24. C. 13. de Ref.*
        - Beneficia liberae collationis cum benef. jurispatron. (*C. T. S. 25. C. 9. de Ref.*).
    - Modus triplex
      - Confusio (*C. 47. §. ult. C. 16. q. 1.*).
      - Subjectio alterius alteri (*C. 8. de excess. Praelat. C. 30. de praeb. 9. qui vero.*).
      - Unio aeque principalis, ubi scil. in eod. statu manent, sed unum rectorem habent (*C. 48. C. 16. q. 1. ibique Glos.*).
      - *Glos. in C. 1. Ne Sede Vacante Verbo Uniendo.*
- Disjunctio
  - In genere, easdem ac Conjunctio regulas habet (*Arg. C. 26. de Praeb.*).
  - In specie fit etiam alia ex caussa, quae est cessatio caussae, quae conjunct. suasit.
  - *Arg. L. 35. ff. de R. J.*

# TABULA LXII.

## DE COMMENDIS BENEFICIORUM (*a*)

### (*ad Tit. XIV. Sect. 3. Lib. 2.*)

**Commendae**

- Definitio: Custodia (*Arg. L.* 186. *ff. de Verb. sign.*) alicujus Ecclesiae cum libera administratione, et perceptione redditiuum (*Arg. Con. Trid. S.* 7. *Cap.* 4. *de Ref.*).
- Collatio fit
  - Legitima auctoritate, idest a Sum. Pontifice (*Consule Riganti in Reg.* 43. *Canc. n.* 28. *Gagliardi de Beneficiis C.* 11. *n.* 20.).
  - Legitimae personae, idest
    - Ex jure
      - Clerico Saeculari, quoad Commendas Beneficii Saecularis
      - Regulari, quoad Commendas Beneficii Regularis
      - } *Reg.* 43. *Cancel.*
    - Ex privilegio, seu dispensatione (*b*) etiam vicissim, nisi tamen res sit de iis Monasteriis, quae sunt Capita, et Primates Ordinum, quae quidem commendari vetat Saecularibus (*Conc. Trid. Sess.* 25. *C.* 21. *de Reg.*) (*c*).
- Jura ad ea omnia fere extenduntur, quibus Beneficiarius ipse frueretur (*S. Congr. Con. apud Garc. de Benef. P.* 3. *C.* 2. *n.* 166. *Rota coram Poenia Dec.* 1321. *n.* 14. *et seq.*) excepto tamen Monachorum regimine, si res sit de Monasterio commendato (*Conc. Trid. Ses.* 25. *C.* 20. *de Regul. Alex. VII. Const. Exponi*).
- Onera
  - In genere Dimissio certae partis redditiuum, cujus
    - Quantitas
      - Tertia pars, si agatur de Commenda Monasterii cum Conventu, quod scilicet mensam non habet a Conventuali distinctam.
      - Quarta pars, quoad reliquas Commendas.
    - Usus
      - Pro substentatione Monachorum, Onerumque satisfactione, si agatur de Commenda Monasterii cum Conventu.
      - Pro necessitatibus Ecclesiae, pauperumque alimentis quoad reliquas Commendas.
      - } *Leo X. Constit. Supernae* §. 10.
  - In specie, si nempe ad Commendatarium spectat ratione Commendae Cura Animarum
    - Susceptio Sacrorum Ordinum
    - Residentia
    - } *Consule Fagnan. in C.* 1. *de Capel. Monach. et Gallemant. Adnot. ad C. T. S.* 6. *C. de Ref.* (*d*).
- Status habetur veluti precarius; adeoque praescriptionem ad mutandum Beneficii statum non inducit (*Consule Riganti in Reg.* 43. *Canc. n.* 217. *et seqq.*).

(*a*) *Praemonendum, haud agi hic de iis Commendis de quibus res est in Corpore juris. Doctrina nempe hic exponitur de Commendis perpetuis, quas juri antiquo ignotas fuisse testatur Fagnanus* in Cap. Cum ad nostram n. 9. de Elect. *Temporaneas vero Commendas de quibus Textus* in Cap. 15. de Elect. in 6., *ubi facultas Ordinariis datur Commendandi ad sex menses Ecclesias Curatas eas administrandi caussa, abolevit Conc. Trid.* Sess. 24. C. 21. de Ref. *praecipiendo ut, Vacante Ecclesia Parrochiale, deputetur Æconomus congrua fructuum assignata portione, donec Ecclesiae Rector provideatur.*

(*b*) *Quod hodiernis moribus plerumque fit. Huc enim tendunt hujusce temporis Commendae, ut qui habiles non sunt ad beneficia in titulum obtinenda, efficiantur habiles per viam Commendae, ait Riganti* in Reg. 43. Cancel. num. 26.

(*c*) *Summos tamen Pontifices, qui secundum plenitudinem potestatis de jure possunt supra jus dispensare* (C. 4. de Conc. Praeb.) *aliquando etiam Monasteria, quae sunt Ordinum Capita in Commendam saecularibus tradidisse nonnulla congerit exempla Riganti* in Reg. 43. Canc. num. 83.

(*d*) *In Gallia tamen omnes omnino Commendatarii ad sacros ordines intra annum suscipiendos tenentur* (Conc. Rothomagen. Tit. de Monast. C. 4.).

# TABULA LXIII.

## DE PENSIONIBUS ECCLESIASTICIS

( *ad Sect. 4. Tit. XIV. Lib.* 2. )

**Pensionis Ecclesiasticae**

- Definitio: Certa pars redituum alieni beneficii ( *Arg. C.* 21. *de Praeb.* ) alicui Clerico ( *Sixt. V. Const. Cum Sacrosanctum* ) legitime assignata.
- Divisio est in
  - Realem, quae beneficio inhaeret ad vitam Pensionarii ( *Glos. in Cap.* 21. *de Praeb.* ).
  - Personalem, quae solum afficit Beneficiarium gravatum ( *C.* 21. *de Praeb.* ).
- Adeptio fit
  - Legitima Constitutione, quae fit
    - Legitima auctoritate, idest Sum. Pontificis ( *Arg. C. Licet. de Praeb. in* 6. ) (*a*).
    - Legitima caussa, quae dup.
      - Onerosa, quae oritur ex triplic. fonte, idest
        - Resignationis, ut nempe supersit Resignanti unde vivat ( *Ca.* 4. *de Cler. aegrot.* ).
        - Permutationis, ut nempe aequa lanx servetur, ubi locupletius beneficium cum magis tenui permutari contingit ( *Arg. C.* 6. *de rer. perm.*).
        - Transactionis, ut nempe lis super beneficio exorta finiatur; Alteri nempe beneficium controversum concedendo, alteri pensionem super eodem reservando ( *C.* 21. *de Praeb.* ).
      - Lucrativa, ad pensionandi nempe inopiam sublevandam, quod fit dupl. ex caussa, idest
        - Vel utilitatis Eccl., si nempe pensionandus sit persona Ecclesiae utilis ( *Rot. Dec.* 104. *cor. Millin. n.* 3. *et seqq.* ).
        - Vel grati animi si pensionandus sit de Ecclesia benemeritus (*Arg. C.* 25. *de jurep.* ).
    - Legitimo modo, idest ne ultra medietatem redituum beneficii ( *de stylo Curiae* ).
  - Translatione ab uno ad alterum, quae fit
    - Legitima cum venia, idest Summi Pontificis ( nam ab alio nusquam vidimus id concessum, ait Paris *de Resign. benef. L.* 6. *q.* 4. *n.* 16. ).
    - Legitima sub conditione, quae duplex
      - Quoad Transferentem: Ne ultra medietatem pensionem suam transferat ( *Inn. XI. Const. Circumspecta* ).
      - Quoad Translatum: Ne agatur de pensione alias translata ( *Rota Dec.* 485. *n.* 4. *P.* 4. *Rec.* ); nisi dup. adsit conditio
        - 1. Speciale Summi Pontificis privilegium ( *Rota loc. cit.* ).
        - 2. Consensus Beneficiarii gravati (*Urb. VIII. Const. Inter gravissimas* ) (*b*).
- Subjectum Quaelibet Beneficia, exceptis
  - Parochialibus absolute ( *Ben. XIII. Const. Quanta* ).
  - Cathedralibus, si Ducata mille annui reditus non superent ( *Concil. Trid. Ses.* 24. *Cap.* 13. *de Ref.* ).
- Onus, Recitatio Officii B. M. V. ( *Pius V. Const. Ex proximo* ).
- Extinctio fit
  - Ordinario: Morte
    - Pensionarii, quoad pensionem realem (*Arg. Leg.* 8. *ff. de ann. Legat. Glos. in C.* 21. *de Praeb.*) (*c*).
    - Beneficiarii gravati quoad pensionem personalem ( *Cap.* 21. *de Praeb.* ).
  - Extraordinario
    - Ex natura pensionis: Consolidatione, si nempe Pensionarius obtineat Beneficium ( *Arg. L.* 1. *ff. quemad. serv. amit.* ).
    - Ex incompatibilitate
      - Status
        - Susceptione Militiae ( *Rota coram Celso Dec.* 69. ).
        - Depositione habitus Clericalis ( *Sixtus V. Const. Cum Sacrosanctum* ).
        - Professione Religiosa ( *Arg. C.* 4. *de Reg. in* 6. *Rota in Caesenaten. Pensionis* 24. *Jan.* 1594. *coram Grypsio* ).
        - Matrimonio ( *Pius V. Const.* 73. ) nisi quem Sum. Pontifex ea lege solverit (*d*).
      - Beneficii: adeptione Episcopatus ( *Clem. VII. Const.* 8. ).
    - Ex Pensionarii
      - Voluntate
        - Remissione
        - Redemptione, in quam nempe Pensionarius consensit, et a Beneficiario facta, anticipatis aliquot annuis solutionibus
          - Dummodo id fiat post sex menses a capta Beneficii possessione ( *Ben. XIV. Con. In sublimi* ).
      - Crimine
        - Haeresis ( *C.* 9. *de Haeret. Rota in Rec. Decis.* 123. *P.* 3. ).
        - Percussionis
          - Cardinalis ( *C.* 5. *de Poenis in* 6. ).
          - Episcopi, in cujus Dioecesi quis habet pensionem (*Clem. I. de Poen.*).

(*a*) *Jure inspecto Episcopis etiam constituere licet pensiones* ( Glos. in C. 3. de Collus. et pluries Rota praesertim vero cor. Millin, dec. 104. n. 1. et seq. ) *duplici tamen sub conditione.* 1. *Ut hujusmodi facultas, ad reales pensiones non extendatur* ( Glos. loc. cit. et DD. communiter ). 2. *Ut justa caussa nedum adsit, sed exprimatur etiam* ( Gonzalez in C. 21. de Praeb. n. 8. ). *At vero, praxi inspecta, Episcopi aut nullo modo, aut ad summum mere nominant Pensionem ac Pensionarium; ac deinde a Sum. Pontifice obtinent collationem* ( Rebuf. prax. benef. lib. I. de reserv. n. 17. in fin. ).

(*b*) *Admonitum hic te volumus, etiamsi Pensio translata alias non fuerit, Consensum tamen Beneficiarii gravati tunc etiam requiri, cum pensio in beneficiis a Cardinal. obtentis imposita est* ( Urb. VIII. in Const. quae impressa est penes Corrad. prax. Benefic. L. 5. C. 5. ).

(*c*) *Atque ita in genere extinguuntur Pensiones, quae semper reales, nisi secus constet, intelliguntur* (Glos. in C. 21. de Praeb. Verb. Prioratus ).

(*d*) *Consulendae ac de re Constitutiones Paul. V.* Dum generosa. *Clem. VIII.* Decet., *Sixt. V.* Romanum; *in quibus certorum ordinum militarium Equitibus etiam conjugatis Pensionum ad certam summam retinendarum facultas conceditur.*

# TABULA LXIV.

## DE CENSIBUS, EXACTIONIBUS, PROCURATIONIBUS

( *ad Tit.* 2. *Lib.* 2. )

- Obventiones Episcopis debitae ad duplex genus revocari
  - Aliae sunt ordinariae, quae et Census, quorum
    - Definitio, Certas vis pecuniae, quae ex reditibus Ecclesiasticis solvenda est ( *C.* 8. *de priv.* ).
    - Constitutio
      - Alia ex facto, cujus
        - Auctor Episcopus ( *Cap.* 6. *de Relig. Dom.* ).
        - Tempus occurrit
          - Vel in Consecratione Ecclesiae recenter fundatae, accedente patroni consensu (*C.* 30. *Ca.* 18. *q.* 2.).
          - Vel in Concessione Ecclesiae piis locis, ejusve distractione, annuente Capitulo, ab Episcopi jurisdictione ( *C.* 6. *de Relig. Dom.* ).
        - Conditio, ut semel impositus census augeri deinceps nequeat ( *C.* 7. *de Cens.* ).
        - Emolumentum
          - Vel Episcopi ( *C.* 30. *Ca.* 18. *q.* 2. ).
          - Vel personae ab Episc. constituendae nominatae ( *C.* 23. *de Jurepatr.* ).
      - Alia ex jure, qualis potissimum est Cathedraticum, cujus
        - Finis, ut subjectio et honor demonstretur erga Cathedram Episcopalem ( *C.* 2. *de Cens. C. Roman. Anno* 1725. *Tit.* 8. *C.* 4. ).
        - Onus inest
          - Ecclesiis Saecularibus, etiam Confraternitatum ( *Sacr. Congr. Conc. in Firmana Cathedratici* 24. *Julii* 1734. ).
          - Clericis omnibus beneficiatis nisi beneficia sint Capellaniae laicales, et ad nutum amovibiles ( *S. C. Conc. in Maceraten.* 29. *Apr.* 1731. ).
        - Modus, seu quantitas pendet ex Locor. consuetud. ( *C.* 5. *Ca.* 10. *q.* 3. *Devoti hoc Tit. in Notis.* ).
        - Tempus recurrit quolibet anno ( *S. Cong. Conc. in Amalphitana* 5. *Sept.* 1705. ).
  - Aliae sunt extraordinariae, quae et Exactiones, quarum
    - Definitio, Pensio, quae extraordinarie ab Episc. ex justa caussa exigitur ex reditibus Ecclesiasticis,
    - Species triplex potissimum
      - Subsidium charitativum, cujus
        - Finis, ut pericula, gravesque necessitates, quae possunt occurrere depellantur.
        - Onus inest { Ecclesiis / Clericis } ipsis Episcopis subjectis — *Ca.* 6. §. *Prohibemus de Cens.*
        - Modus, seu quantitas tanti aestimatur, quantum antea per ann. 40. dari consueverat — *Inn. XI. Con.* 43.
        - Tempus occurrit in primo tantum Episcopi ingressu.
      - Procuratio, cujus
        - Finis, ut Visitatores illo tempore ali possint ( *C.* 23. *de Censib.* ).
        - Onus inest locis quae visitantur (*C. T. S.* 24. *C.* 3. *de Ref.*) except.
          - Ecclesiis Civitatis, in qua Episc. assidue commoratur ( *S. Cong. Ep. apud Nicol. verb. Visitation.* 10. *et S. C. Episc. in Aliphan.* 18. *Jul.* 1705. ).
          - Oratoriis privatis ( *Cap.* 27. *de Censib.* ).
          - Monasteriis Monialium, nisi quod in earum Ecclesiis beneficium sit ( *S. C. Conc. In Volaterrana* 12. *Nov.* 1638. ).
        - Modus praestatur
          - Quoad qualitatem { Sive in victualibus / Sive in pecunia } — *C. Tr. S.* 24. *C.* 3. *de Ref.*
          - Quoad quantitatem, moderate ( *C.* 23. *de Con. et C.* 3. *eod. in* 6. ).
        - Tempus occurrit quoties fit Visitatio ( *C.* 23. *de Cens.* ) (*a*) cujus
          - Finis, ut Religio morumq. integritas servetur. — *C. Tr. S.* 24. *C.* 3. *de Refor.*
          - Jus inest
            - Episcopo qui legitime impeditus debet operam committere Vicario Generali, aut Visitatori.
            - Vicario Capit. dup. sub conditione
              - Ut eam peragat, nonnisi exacto a postrema visitatione anno ( *S. C. Con. in Ostunen.* 28. *Jul.* 1718. ).
              - Ut loca visitet, quae Jure ordinario ab Episc. visitantur (*Arg. C.* 11. *et* 14. *de Maj. et Obed.* ).
          - Tempus recurrit quolibet saltem biennio
          - Subjectum
            - Ex jure Episcopi ordinario { Ecclesiae / Loca pia } quae illius jurisdictioni subijciuntur. — *C. Tr. S.* 24. *C.* 3. *de Refor.*
            - Ex jure ipsius delegato Ecclesiae; atq. alia pia Loca exempta idest
              - Ecclesiae Regul. quae conjunctam habent curam animarum ( *Con. Tr. Ses.* 7. *C.* 8. *de Ref.* ).
              - Abbatiae, Prioratus, Praepositurae, ubi non viget observantia regularis.
              - Beneficia, qualitercumque commendata.
              - Parochiales adnexae ordini Hierosolimit. ( *S. Pius V. Const. Exposcit.* 187. ).
              - Hospitalia, nisi sub immediata Regum protectione sint ( *C. Trid. S.* 22. *C.* 8. *de Ref.* ).
              - — *Conc. Tr. Ses.* 21. *C.* 8. *de Ref.*
      - Portio Canonica, cujus
        - Definitio, Quarta pars earum rerum quae Eccl. aut alio pio loco relinquuntur ( *C.* 14. *de Testam.* ).
        - Onus non gravat
          - Loca pia et Monasteria exempta ( *Girald. Exposit. jur. Pontif. par.* 1. *lib.* 3. *Decret. Tit.* 26. *Sect.* 481. *p.* 315. ).
          - Pia legata, quae pro Anniversario, Eccl. fabrica, ceterisq. similibus relicta sunt ( *Cap. fin. de Testam.* ).
          - — Hoc tamen hodie fere ubique consuetudine sublatum est.

(*a*) *Si tamen in eodem Anno visitatio iteratur haud aeque iterabitur procuratio, sed una tantum vice exigi poterit* (S. Congr. Conc. in Policastren. Procurationis 1. Jun. 1737.).

# TABULA LXV.

## DE DECIMIS

( *ad Tit.* 16. *Lib.* 2. )

**Decimarum (a)**

- Definitio: certa pars fructuum, aliorumve emolumentorum ( *C.* 29. *de Decim.* ) Dei ministris ad eorum substentationem persolvenda ( *Can.* 3. *Ca.* 16. *q.* 7. ).
- Divisio praecipua est in
  - Praediales, quae ex fructibus praediorum sive rusticorum, sive urbanorum detrahuntur ( *C.* 20. *de Dec.* ).
  - Personales, quae ex lucris propria industria quaesitis desumuntur.
  - Mixtae, quae ex fructibus animalium detrahuntur ( *C.* 5. *et* 6. *de Dec.* ).
- Jus
  - Competit
    - Ordinarie Parochis ( *Cap.* 13. *et* 30. *de Decim.* ).
    - Extraordinarie
      - Aliis Clericis quibusvis, si adsit
        - Vel privilegium ( *S. Thom.* 2. 2. *quaest.* 87. *art.* 3. ).
        - Vel praescriptio
          - Cum titulo quadraginta annorum
          - Sine titulo immemorabilis
          - } *C.* 4. *et* 6. *de praescript.*
      - Laicis si adsit
        - Vel infeudatio praecedens Conc. Lateran. III. ( *Arg. C.* 1. §. *sane de Deo in* 6. ).
        - Vel Sum. Pontificis auctoritas cum justa caussa ( *C.* 17. *et* 25. *de Deo* ).
  - Sancitur excommunicatione quoad eos qui Decimas impediunt, vel subtrahunt ( *Conc. Tr. Ses.* 25. *C.* 12. *de Ref.* ).
- Onus incumbit
  - In genere
    - Quoad praediales ( quibus aequiparantur et mixtae Engel. in Jus Canon. 4. *T. n.* 1. ) tam Christianis, quam Infidelibus ( *Cap.* 16. *de Decim.* ).
    - Quoad personales, Christianis tantum ( *Cap.* 20. *eod.* ).
  - In specie
    - Laicis indistincte ( *Cap.* 23. *de Decim.* ).
    - Clericis, ex praediis tantum, quae iis profano titulo obvenerunt ( *S. Congr. Conc. in Usselen.* 11. *Mai.* 1658.).
    - Monachis, seu Religiosis ex praediis tantum, quae jam decimis subjecta erant, antequam ad eos pervenirent ( *S. Congr. Conc. in Pamphilonen. Decimar.* 21. *Aug.* 1728. ).
- Exemptio oriri potest trip. ex Cap.
  - Vel ex Privilegio Summi Pontificis ( *Cap.* 3. *de Decim.* ).
  - Vel ex praescriptione
    - Cum titulo, quadraginta annorum
    - Sine titulo, immemorabili
    - } *C.* 15. *de Privileg. C.* 4. 6. 8. *de Praescript. C.* 1. *eod. in* 6. ).
  - Vel ex pactis conventis, et voluntaria remissione ( *Can.* 68. *Ca.* 16. *q.* 1. *Cap.* 22. *de privileg.* ) quae tamen si perpetua est Sum. Pontificis postulat auctoritatem ( *Cap.* 8. *de Transact.* ).
- Modus pendet ex consuetudine ( *V. Devoti Institut., hoc Tit.* §. 6. ).

(*a*) *Animadvertendum hic est, multum in hac materia concedendum esse consuetudini, quae varia est variis in Locis* ( Consule Giraldum Exposit. Jur. Pontif. par. 1. Decret. Lucii III. Sect. 508. p. 331. ).

# TABULA LXVI.

## DE PRIMITIIS, ET OBLATIONIBUS, CAETERISQUE TEMPORALIBUS BONIS CLERICORUM

( *ad Tit.* 17. *Lib.* 2. )

- Reliquae Clericorum obventiones sunt
  - Primitiae, seu primi rerum fructus ( *Can.* 3. *et* 4. *Apost. post Decret. Gratiani* ) quos solvendi
    - Usus, fere ubique desiit ( *Cap.* 6. *Dist.* 32. ).
    - Modus, ubi usus viget, pendet a locorum consuetud. (*S. Thom.* 2. 2. *q.* 86. *Art.* 4.).
  - Oblationes, seu munera, quae a Fidelib. Ecclesiae, locisve piis sponte offeruntur ( *C.* 29. *de Verbor. significat.*), quarum
    - Divisio est in
      - Voluntarias (*S. Th.* 2. 2. *q.* 86. *art.* 1.), quarum
        - Aliae ad Sacrificium Missae peragendum Sacerdotibus offeruntur.
        - Aliae ad Ecclesiar. usus, aut Clericor. et Pauper. alimenta iisdem dantur.
        - } *Can.* 3. *Apost.*
      - Necessarias in vim nempe consuetudinis, quae scilicet ob justa funeris persoluta, aut Sacramenta administrata Parochis in praemium tribuuntur ( *C.* 42. *de Sim.* ).
    - Perceptio debetur
      - In genere Parochis ( *C.* 10. *de Praescrip.* ).
      - In specie, si nempe de alia offerentium intentione constet, iis, quos offerentes ipsi designant ( *C.* 1. *de Stat. Mon. et C.* 16. *de Exc. Prael.* ).
  - Distributiones quotidianae, quae
    - Desumuntur ex tertia parte redituum Canonicorum, ac Dignitatum Capituli ( *Conc. Trid. Ses.* 21. *C.* 3. *de Refor.*).
    - Tribuuntur
      - Canonicis, si fuerint
        - Praesentes Divinis Officiis ( *Conc. Trid. Ses.* 21. *C.* 3. *de Refor.* ).
        - aut Absentes propter
          - Infirmitatem.
          - Justam, et rationabilem corporis necessitatem.
          - Evidentem Ecclesiae utilitatem.
          - } ( *C. Consuetudinem de Clericis non residentibus in* 6. *Consulendus etiam hic est Ben. XIV. Instit. C. VII.* ).
      - Fabricae Ecclesiae, vel alio loco pio Episcopi arbitrio
        - Si res sit de iis, quae absentibus sine justa caussa amissae sunt ( *Conc. Trid. Ses.* 22. *Cap.* 3. *de Reform.* ).
  - Portio Canonica, quae
    - Desumitur ex reditibus Parochiae Episcopi arbitrio
    - Distribuitur Vicariis, qui exercent curam animarum, quae Capitulis aut Monasteriis conjuncta est
    - } *Conc. Tr. Ses.* 7. *Ca.* 7. *de Reform.*

# TABULA LXVII.

## DE PECULIO CLERICORUM

( *ad Tit.* 18. *Lib.* 2. )

- Peculium Cleticor. dupl.
  - Patrimonio, cujus
    - Natura conflatur ex bonis profano titulo quaesitis ( *Arg. C.* 9. *de Test.* ).
    - Usus a libero Clerici arbitrio pendet ( *Can.* 4. *Ca.* 12. *q.* 5. *C.* 9. *et* 12. *de Test.* ).
  - Ecclesiasticum, cujus
    - Natura ex Ecclesiasticis reditibus conflatur ( *Arg. d. Cap.* 9. *de Test.* ).
    - Usus cedit
      - Vivente Clerico
        - Quoad necessarium decenti vitae tuitioni in Clerici ipsius beneficium.
        - Quoad superfluum, in pauperum aliusve pii operis usum.
        - } *C. Trid. Ses.* 21. *C.* 1. *de Ref.*
      - Decedente Clerico ad Cameram Apostolicam jure Spolii ( *Greg. XIII. in C.* 4. *de Spol. in* 7. *et Paul. III. in C.* 1. *eod.* ) nisi consuetudo obstet, vel privilegium.

# TABULA LXVIII.

## DE REBUS ECCLESIAE NON ALIENANDIS

( *ad Tit.* 19. *Lib.* 2. )

**Vetitae rerum Ecclesiasticarum alienationis**

- Significatio latissimo sensu accipitur (*C.* 5. *de Reb. Eccl. non alien.*) ita ut, praeter graviores actus, includat etiam
  - Hypothecam, aut Pignoris constitutionem.
  - Locationem ultra triennium.
  - Venditionem fructuum ad longum tempus, vel ad vitam Beneficiati ( *Ben. XIV. Const. Universalis* ).
  - Locationem, ex qua in perniciem Successoris pensio anticipate solvenda est (*C.* 9. *de reb. Eccl. non alien.*).
  - Conditionem deniq. omnem quae Res Eccl. deteriores facit ( *C.* 5. *de reb. Eccl. non alien.* ).

  } ( *Extrav. Ambitiosae de reb. Eccl. non alienand.* ).
- Subjectum sunt
  - 1. Res (*C.* 5. *de reb. Eccl. non alien.*)
  - 2. Redditus, et usus rerum (*C.* 55. *q.* 1. *Clem. I. de reb. Eccles. non alien.*)
  - 3. Jura ( *C.* 12. *q.* 2. )

  } Cujusvis loci pii (*Can.* 2. *Ca.* 10. *q.* 2. *Auth. Hoc jus Cod. de Sacr. Eccl.*) exceptis
  - Quoad alienationem cujuscumque generis
    - Terrulis, ac reb. exigui pretii ( *Can.* 53. *q.* 2. *C.* 12. ).
    - Rebus quae servando servari nequeunt ( *Extrav. Ambitiosae de reb. Eccl. non alien.* ).
    - Rebus collatis in locum pium a quo possideri, et retineri nequeunt ( *Clem. XII. Const. Nuper. V. Redoam. de reb. Eccles. non alien. Rubr.* 20. *C.* 3. *n.* 24. ).
  - Quoad renovationem ejusd. contractus, Rebus quae locari et in emphytheusim dari solent ( *Extrav. Ambitios. de reb. Eccl. non alien.* ).
- Poenae
  - In genere, Quoad male alienantes, et hujusmodi alienationi Cooperantes, excommunicatio.
  - In specie
    - Quoad Episcopos, vel Abbates
      - 1. Interdictum.
      - 2. Si sex menses in Interdicto permanserint, Suspensio ab administratione Locorum piorum, quibus praefecti sunt.
    - Quoad Capitula, et Universitates
      - Quoad Collegium in genere, Interdictum
      - Quoad personas in specie, Privatio
        - Jure Electionis
        - Possessione Ecclesiasticorum Officiorum, quor. bona alienarunt
        - Habilitate alia obtinendi

  } *Extravag. Ambitiosae de reb. Eccles. non alien.*
- Permissio fieri potest dup. sub conditione
  - Legitima caussa, quae triplex
    - Necessitas ( *Clem. I. de reb. Eccles. non alien.*).
    - Utilitas ( *Can.* 52. *et seqq. Ca.* 12. *q.* 2. ).
    - Pietas, ex. gr. pro Redemptione Captivorum etc. ( *Can.* 70. *Ca.* 12. *q.* 2. ).
  - Legitima auctoritate, idest Sedis Apostolicae ( *C.* 2. *de reb. Eccl. non alien. in* 6. ).
- Remedium
  - Quoad alienationes illegitime factas, Nullitas contractus ipso jure ( *C.* 52. *Ca.* 12. *q.* 2. *leg.* 14. *in fin. Cod. de S. Eccl.* ).
  - Quoad alienationes rite factas, Restitutio in integrum, dummodo alienatio damnosa Ecclesiae fuisse comperta fuerit ( *C.* 11. *de reb. Eccl. non alien.* ).

# TABULA LXIX.

## DE IMMUNITATE BONORUM ECCLESIASTICORUM

( *ad Tit.* 20. *Lib.* 2. )

**Realis Ecclesiae Immunitatis**

- Natura in eo est, ut bona quae ea gaudent eximantur ab oneribus quae a Laicis imponuntur (*Cap.* 1. *de Immunit. bon. Eccl. in* 6. ).
- Privilegium competit
  - Jure divino, Ecclesiae aliorumve piorum locorum bonis ( *Cap.* 4. *de Cens. in* 6. ).
    - Exceptis iis oneribus quae rem afficiebant antequam ad Ecclesiam Clericosve pervenirent ( *Arg. C.* 5. *de ping. C.* 33. *de dec. et Can.* 22. *Ca.* 23. *q.* 8. ).
  - Jure humano, patrimonialibus Clericorum bonis (*S. C. Episc. in Tricaricen.* 14. *Nov.* 1603. *et S. C. Immun.* 21. *Ap.* 1640. ).
    - Modo tamen, de eis bonis non agatur, ex quibus Ecclesia fundata et constituta est ( *Fagn. in C. Non minus* 4. *n.* 8. *et seq. de Immun. Eccl.* ).
- Sanctio: poena excommunicationis, quam incurrunt
  - Exigentes
  - Sponte dantes
  - Accipientes a sponte dantibus

  } Laicalium onerum solutionem ( *Cap.* 3. *de Immun. bonor. Eccl. in* 6. *quod Leo X. in Conc. Lateranen. integravit* ).

# TABULA LXX.

## LIBER III.

### DE JUDICIARIA ECCLESIAE POTESTATE

( *ad Tit.* 1. )

- Judiciaria Ecclesiae Potestas, duplex
  - Interior, de qua Tab. 39.
  - Exterior, de qua praecipue hoc Libro.

# TABULA LXXI.

## DE JUDICIIS

( *ad Tit.* 2. *Lib.* 3. )

- Judicii
  - Natura ex quadruplici surgit caussa
    - Finali, et est Judex, seu is coram quo quaestio agitur, et qui sententia sua judicium finire debet (*C.* 10. *de Verb. sign.*) et cujus
      - Definitio: Discussio coram Judice competenti alicuj. petitionis ab aliquo, qui Actor dicitur, emissae contra alterum, qui Reus appellatur, eo directa, ut quaestio per ipsius Judicis sententiam definiatur ( *Arg. C.* 10. *de verb. sign.* ).
      - Efficiente, qui sunt Litigatores, qui duo sint oportet
        - Auctor, qui nempe petitionem proponit.
        - Reus, a quo scilicet aliquid petitur.
        - ( *C.* 10. *de verbor. signif.* ).
      - Materiali, et est Caussa, seu quaestio quae in Judicium deducitur.
      - Species, duplex
        - Ordinarius, qui suo jure et ex officio jurisdictionem exercet (*C.* 20. *de Off. Jud. Ord.*)
          - Sive per se ( *tot. tit. de Off. Jud. Ord.* ).
          - Sive per alium (*C.* 11. *de Off. Jud. Ord. L.* 16. *ff. de jurisdict.*).
        - Delegatus, qui, alieno beneficio, seu mandato, jus dicit (*L.* 5. *ff. de jurisd.*) et cujus
          - Electio duplex exigit requisitum
            - 1. Ut non sit persona incerta ( *C.* 10. *de Rescript.* ).
            - 2. Ut non sit persona inhabilis, quales sunt
              - Absolute dupl. ex capite
                - Ex Natura
                - 1. Furiosi perpetui ( *L.* 39. *ff. de Judic.* ).
                - 2. Muti
                - 3. Surdi
                - ( *L.* 12. §. *Non autem ff. de Judic.*).
                - 4. Minores 18. annis (*C.* 41. *de Off. et pot. Jud. deleg.*)(*a*) dup. tamen excepto casu
                - 1. Si in eos Partes consenserint
                - 2. Si a Principe Judices dati fuerint
                - (*C.* 41. *de Offic. et pot. Jud. deleg.* ).
                - Ex Jure
                - 1. Infames
                - 2. Servi
                - ( *C.* 13. *de Rescr.* ).
                - 3. Feminae (*L.* 12. §. *Non autem, ff. de Jud.*).
                - 4. Excommunicati ( *C.* 10. *de Off. et pot. Jud. deleg. in* 6. ).
              - Relative alicui parti suspecti aut inimici ( *C.* 10. *de Rescr.* ).
          - Potestas
            - Exercetur
              - Quoad subjectum intra legitimos limites ( *Arg. L.* 5. *ff. Mandati* ) qui praefiniuntur ex formula Delegationis ( *C.* 18. *et.* 27. *de Off. Jud. deleg.* ).
              - Quoad modum
                - In genere per se ( *C.* 62. *de Appel.* ).
                - In specie, si nempe a Principe delegatus fuerit, etiam per alium, a se subdelegatum ( *C.* 3. 6. 27. *et* 28. *de Off. et pot. Jud. deleg.* ).
            - Expirat
              - Voluntate
                - Sive delegantis, per revocationem nempe mandati re integra, factam ( *C.* 10. *et* 31. *de Off. et pot. Jud. deleg.* ).
                - Sive delegati, per renunciationem (*C.* 11. *de Off. Jud. Or.*).
              - Morte
                - Sive delegantis, dummodo Lis contestata adhuc non fuerit ( *C.* 19. *et* 20. *de Off. et pot. Jud. deleg.* ).
                - Sive delegati ( *C.* 42. *de Off. et pot. Jud. deleg.* ), nisi ei jurisdictio delata fuerit intuitu dignitatis, quia tunc ad successorem transit ( *C.* 14. *cod. Tit.* ).
      - Potestas, duplex
        - Jurisdictionis, cujus
          - Partes sunt, Caussam noscere, et judicare (*L.* 99. *ff. de V. S. Adde L. ult. in fin. ff. de oblig. et act.*).
          - Divisio est, in
            - Voluntariam, quae exercetur in volentes, ut in adoptionibus, emancipationibus, Contractibus minorum, ( *Ben. XIV. Const. Romanae Curiae* ).
            - Contentiosam, quae exercetur etiam in invitos ( *L.* 2. *ff. de Off. Procons.* ).
        - Mixti Imperii, quod in modica coercitione versatur ad tuendam jurisdictionem ( *L.* 5. *ff. de Off. ejus.* ).
    - Formali, quae sita est in quodam legitimorum actuum ordine, qui processus dicitur (*Agitur de hoc Ta.* 74. *ad* 85. ).
  - Divisio
    - Ratione finis, est in
      - Bonae fidei, in quibus judicatur ex bono et aequo, de iis etiam ratione habita, quae conventa non sunt
      - Stricti juris, in quibus judicatur ad pacti conventi, vel legis rigorem.
      - (§. *in Bona Instit. de Action.* ).
    - Ratione materiae
      - In se est in
        - Possessorium, in quo de possessione agitur vel acquirenda, vel retinenda, vel recuperanda.
        - Petitorium, in quo de proprietate, aliove jure seorsim a Possessione agitur.
        - (*C.* 21. *de Jud. L.* 36. *ff. de rei vind.* ).
      - Quoad finem peculiarem, ob quem in judicium deducitur, est in
        - Civile, in quo Actor privatam utilitatem respicit.
        - Criminale, in quo de Crimine agitur, ad public. vindictam.
        - ( *Arg. L.* 9. §. 5. *de publ. et vect.* ).
    - Ratione formae, est in
      - Plenarium, in quo omnes solemnitates a jure praescriptae observantur.
      - Summarium, in quo eae tantum adhibentur, quae ad caussae cognitionem necessariae sunt
      - ( *Cl.* 2. *de Jud. Cl.* 2. *de V. S.* ).
    - Ratione fori, est in
      - Ecclesiasticum, in quo agitur aut de re spirituali, aut contra Cleric. de re temporali.
      - Saeculare, in quo de re temporali agitur contra Laicum.
      - ( *Cap.* 3. 8. 13. *de Jud.*

(*a*) *Quoad Delegatos tamen Apostolicae Sedis rectius dixeris* 25. *aut* 30. *annorum* ( Arg. Cap. 7. de Elect. ) *cum eos in aliqua dignitate constitutos esse oporteat* ( C. 11. de Rescr. in 6. ).

# TABULA LXXII.

## DE PROCURATORIBUS

(*ad Tit. 3. Lib. 3.*)

- Procuratorum, seu eorum, qui mandato Domini aliena negocia administrant (*L. 1. ff. de Proc.*).
  - Species multiplex, idest
    - Ratione mandantis sunt
      - Procuratores Privatorum (*C. 2. de Procur.*).
      - Syndici Universitatis (*C. 48. de Appel.*) quorum peculiaria et ad ceteros non extendenda, sunt
        - Existentia, quae ex juris necessitate profluit (*C. un. de Synd. L. 1. §. Personalia ff. de muner.*).
        - Electio, quae fit per suffragia majoris partis membrorum Universitatis (*L. 19. ff. ad Municip.*).
        - Officium, cujus
          - Conditio, ut juramentum in judiciis nomine proprio non mandantis praestent (*C. 3. 4. de Jur. Col.*).
          - Exercitium, se extendit non ad omnia tantum negocia, sed et ad crimina criminaliter Universitati intentata (*Consule Matthaej. de crim. ad L. 48. Dig. Tit. 13. C. 4. in fin.*).
    - Ratione occasionis qua constituuntur, sunt
      - Judiciales, qui nempe ad litem in judicio defendendam deputantur (*Tit. de Procur. per tot.*), quorum
        - Requisitum, ut a jure non prohibeantur, quales sunt
          - Ex incompatibilitate personae
            - Excommunicati, qui etiam in jus vocati per alium respondere debent (*C. 7. de Prob. C. 7. de Judic.*).
            - Infames (*Cap. 1. et 2. Ca. 3. q. 7.*).
            - Rei criminis constituti, nisi se purgaverint (*L. 6. Cod. de procur.*).
            - Mulieres (*L. 18. et 21. de Cod. de procur.*).
            - Minores 25 annis (*C. 1. §. ult. de Proc. in 6.*).
          - Ex incompatibilitate muneris
            - Sacri
              - Episcopi et Sacerdotes (*Can. 3. C. 5. q. 2. C. 3. de Cler.*).
              - Clerici omnes, excepto duplici casu
                - 1. Necessitatis
                - 2. Caussae
                - Propriae
                - Ecclesiae
                - Pauperum
                - (*C. 1. et ult. de postul. C. 2. et 4. de Cleric. vel Mon.*)
              - Monachi, nisi agatur de re Monasterii, et id Praefectus probet (*Can. 35. Ca. 19. q. 1.*).
            - Profani
              - Abfuturi Reipublicae caussa (*L. 54. ff. de Procur.*).
              - Milites (*L. 7. Cod. de Procur.*).
          - Ex periculo oppressionis adversarii
            - Fiscus
            - Potentiores
            - (*Tot. Tit. cod. Ne liceat potent.*).
        - Officium peculiare id habet ut scilicet exerceatur
          - Legitima sub conditione, idest ut scriptis mandatum probetur (*C. 1. de Proc.*).
          - Legitimo modo, idest
            - In genere per se saltem usq. ad contestation. litis (*C. 1. de Proc. in 6.*).
            - In specie si nempe plures constituti sunt
              - A primo occupante negotio per litis contestationem
              - Ab omnibus simul, si conjunctim, et eodem tempore (*a*) constituti fuerint, exceptis causis
                - Electionis
                - Postulationis
                - Provisionum spiritualibusq. aliis causis
                - In quibus idoneiorem ex pluribus constitutis judex eligitur
                - (*Cap. 6. de Procur. in 6.*)
      - Extrajudiciales, qui ad negotia extra judicium gerenda constituuntur (*Tot. Dig. et Cod. Tit. de Mand.*).
    - Ratione Negocior. quae geruntur, sunt
      - Generales, quorum
        - Definitio: Procuratores ad universa negocia constituti (*C. 5. de Proc. in 6.*).
        - Munus non extenditur ad casus qui speciale exigunt mandatum (*C. 5. de proc. in 6.*) non obstante clausula cum libera (*Conf. Barbosa de Clausul. Claus. cum libera ubi 32. casus enumerat.*) (*b*).
      - Speciales, quibus peculiare negocium committitur (*C. 9. de Proc. in 6.*).
  - Officium
    - Quoad exercitium exigit
      - 1. Ut Mandati fines religiose custodiantur (*C. 3. de Procur.*).
      - 2. Ut praestetur culpa levissima (*L. 13. Cod. Mandati*).
    - Quoad durationem cessat
      - Voluntate
        - Procuratoris per renunciationem
        - Mandantis per revocationem sive expressam, sive tacitam
        - Utriusque per mutuum dissensum (*L. 24. ff. de Proc.*).
        - Re integra etiam sine caussa
        - Re non integra ex justa caussa
        - (*C. 1. et 8. de Proc. in 6. Leg. 8. §. ult. cum Leg. seq. ad 23. ff. de Proc.*).
      - Obitu
        - Procuratoris (*L. 27. ff. Morte ff. Mandati*).
        - Mandantis (*c*)
          - In genere, re integra (*L. 23. Cod. de Proc.*).
          - In specie, si agatur de Procuratore constituto a Praelato pro Ecclesia re etiam non integra (*C. 1. et ult. de Sede Vac. Clem. ult. de Proc.*).

(*a*) *Conjunctim et eodem tempore hic requirimus Procuratores esse constitutos, nam si diversis temporibus sint dati, posterioris constitutione, prioris officium expirasse videtur* (C. 14. de Procurat. L. 31. §. fin. ff. eod.).

(*b*) *Consule etiam Vinn.* §. Nihil autem 43. Inst. de Rer. Divis., et C. 1. *Vermiglioli Lezioni Canoniche* Vol. 1. Lez. 38. *quod egregium opus adhuc sub praelo est, omnibusque jure merito commendatum velim.*

(*c*) *Syndici tamen constituti ab Universitate morte Mandantium non cessant ab officio, quia Universitas nunquam moritur* (Leg. 1. §. 2. ff. Quod cujusc. Univ.).

# TABULA LXXIII.

## DE FORO COMPETENTI

( *ad Tit. 4. Lib. 3.* )

- **Fori Competentis**
  - Definitio: Tribunal Judicis, cujus jurisdictioni reus, qui convenitur, subest ( *Arg. Cap.* 5. *de Foro Compet.* ).
  - Probatio elicitur ex duplici simul inspectione, idest
    - Potestatis in genere, quae
      - Ecclesiastica debet esse si agatur
        - Aut cum reo convento qui Clericus sit ( *Cap.* 1. *de Foro comp.* ).
        - Aut de re Ecclesiastica ( *Cap.* 2. *de Judiciis* ).
      - Saecularis, si agatur
        - Et cum reo convento, qui Laicus sit.
        - Et de re civili.
        - *Cap.* 10. *de Foro Comp.*
    - Tribunalis in specie, quod praefinitur
      - Ex jure in genere
        - Ordinario
          - Ratione domicilii, in loco ubi reus degit.
          - Ratione rei sitae, in loco ubi res controversa sita est.
          - Ratione contractus, in loco ubi contractus est initus.
          - Ratione delicti, in loco ubi reus deliquit.
          - *Cap.* 20. *de Foro Comp.*
        - Extraordinario
          - Tum per prorogationem jurisdictionis, quae fit
            - Aut lege per reconventionem judici etiam delegato ( *Cap.* 1 *de mutuis petitionibus* ).
            - Aut litigantium consensu, (*L.* 1. *de judiciis*), dummodo
              - Persona in quam jurisdictio est proroganda
                - Habeat aliquam propriam non delegatam jurisdictionem ( *C.* 40. *de Offic. et potest. judicis deleg.* ).
                - Sit capax jurisdictionis prorogandae ( *Cap.* 12. *de Foro Comp.* ).
              - Accedat Consensus proprii ordinarii, si Clericus prorogat ( *Cap.* 18. *de Foro Competenti* ).
          - Tum per continentes causas ( *Leg.* 10. *C. de Judiciis* ) quae
            - Definiuntur, caussae quae communem habent liquidationis, et discussionis rationem, et qualitatem ita ut altera sine altera liquide ac plene, cognosci, et definiri non possit.
            - Habentur
              - Ratione personarum, uti si plures heredes conveniantur.
              - Ratione actionis, uti si res ad eamdem hereditatem pertinentes in diversis territoriis sitae sint.
              - Ratione rerum, uti si post decisam caussam possessorii in petitorio.
              - *Zallinger ad Tit. de Foro Compet.* §. 48.
            - Exigunt capacitatem Jurisdictionis, sive propriae, sive mandatae ( *Cap.* 1. *de Sequest. possess.* ) circa utramque quaest. ( *Cap.* 5. *Qui filii sint legitimi* ).
      - Ex privilegio, cujus
        - Ratione personarum competit
          - Viduis jus vocandi spoliatorem coram Judice Ecclesiastico (*Cap.* 15. *de Foro Compet.*).
          - Studiosis jus ut conveniantur coram Magistro, vel Episcopo civitatis, prout ipsis liberit ( *Auth. habita etc. Ne filius pro patre etc.* ).
          - Militibus, jus ut conveniantur coram judice Militari (*Leg.* 6. *C. de jurisdictione etc.*).
        - Ratione causae, competit Pontifici cognitio de causis
          - Episcoporum quoad eorum
            - Confirmationes
            - Translationes
            - Depositiones
            - Restitutiones
            - Resignationes
            - *Vide Devoti Instit. de Foro Compet.* §. 10.
          - Fidei Rerumque pertinentium ad Ecclesiae
            - Disciplinam
            - Gubernationem
            - Statum
            - *Vide Devoti Instit. de Foro Compet.* §. 8.
  - Cognitio pertinet
    - Ad judicem ecclesiasticum, si de potestatis in genere competentia disceptatur ( *Cap.* 12. *de sentent. Excomunic. in* 6. ).
    - Ad judicem ipsum aditum, si de Tribunalis in specie competentia quaeratur ( *Lege* 5. *de Judiciis* ).
  - Neglectio importat nullitatem judicii
    - Ipso jure, si Forum est notorie incompetens ( *Cap.* 4. *de Judiciis*).
    - Ope exceptionis, si Forum non est notorie incompetens ( *Leg.* 2. *si quis in jus vocatus non ierit.* ).

# TABULA LXXIV.

## DE LIBELLI OBLATIONE, DEQUE IN JUS VOCANDO

( *ad Tit.* 5. *Lib.* 3. )

Praeliminares Judicii gradus, sunt

- **Oblatio Libelli, cujus**
  - Definitio: brevis scriptura ( *Leg. ult.* §. *In Refutatoriis C. de appellationibus* ) claram continens intentionem actoris ( *Cap.* 2. *de Libelli Oblatione* ) primum judici ( *Arg. C.* 1. *de Libelli Oblat.* ), deinde reo offerenda, ut ipsemet reus spatio viginti dierum deliberare possit an cedendum sit, vel judicio contendendum, parere judici, an illum recusare (*Auth. Offeratur. C. de litis contest.* ).
  - Confectio legitima est, cum constat his trib. partibus ( *Engel. Tit. de Libelli Oblat. n.* 1.) scilicet
    - Narratione facti, cum nominibus
      - Actoris.
      - Rei.
      - Judicis, qui designari solet per nomen officii, vel jurisdictionis qua pollet.
      - } *Pichler n.* 5. *de Libelli Oblat.*
    - Causa petendi
      - Tam proxima, quam remota in actionibus personalibus.
      - Proxima, in actionibus realibus.
      - } *Gonzalez ad cap. ult. de Libelli oblatione.*
    - Conclusione a qua absit pluris petitio, quae fit quadruplici modo, scil.
      - Tempore, si ante statutum diem actio instituatur; cujus poena est
        - Refusio expensarum litis.
        - Induciarum duplicatio.
      - Re, si res debita majori in summa postuletur;
      - Loco, si quod certo loco dari conventum est, alio petatur;
      - Causa cum
        - Certa species petatur, dum genus debeatur;
        - Ex pluribus rebus disjunctim promissis, cum aliqua certa petatur;
      - } Quarum pluris petitionum poena, est condemnatio in expensis. } *Cap. unic. de plus petitionibus.*
  - Emendatio fit, cum aliquid adjicitur aut detrahitur, retenta actione pridem instituta
    - Mutatio fit
      - Vel cum actione prima repudiata nova instituitur,
      - Vel cum aliud pro alio petitur
      - } Usque ad sententiam definitivam, modo
        - Nova actoris intentio edatur.
        - Sumptus prioris litis refundat actor.
        - } *Vinn. ad* §. 35. *Institut. de Actionibus.*
- **Vocatio in jus, seu Citatio, cujus**
  - Definitio: actus legitimus, quo quis mandato judicis juris experiundi causa in Judicium vocatur (*Arg. legis.* 1. *de in Jus vocando* ).
  - Divisio est
    - In simplicem, quae citatum non prius contumacem reddit, quam tribus vicibus, ac justo temporis intervallo fuerit facta.
    - In peremptoriam, quae addita clausula, peremptorie, et observato justo temporis intervallo pro tribus simplicibus est decreta.
    - } *Leg.* 53. *de re judicata etc.*
  - Requisitum duplex, nempe
    - 1. Ut recte ab initio sit facta, scilicet
      - Ad istantiam actoris ( *Leg.* 68. *de Judiciis* ).
      - Mandato judicis competentis ( *Arg. Cap.* 33. *de rescript.* ), qui si sit delegatus, exemplum literarum debet proferre, quibus causa ei est commissa ( *C.* 2. *de Dilat.* ).
      - Si fiat citatio in scriptis, exprimantur
        - Nomina
          - Actoris.
          - Rei.
          - Judicis.
        - Locus judicii, si comparere debeat citatus in alio loco, quam ubi alias judicia exerceri solent.
        - Dies certus, et opportunus.
        - Causa citationis.
        - } *Pichler N.* 18. *de Libelli Oblat.*
    - 2. Ut rite exequutioni mandetur
      - Primum significando citationem reo
        - Vel denunciatione.
        - Vel literis.
        - } *Paulus recept. sentent. lib.* 5. *Tit.* 5. §. 7.
        - Vel edicto ( *Paul. ibidem* ) quod
          - Decernitur tantum auctoritate judicis ordinar. vel Deleg. a Principe ( *Auth. qui semel etc. C. Quomodo, et Quando etc.* ).
          - Locum habet
            - Quando citandus malitiose se occultat ( *C.* 11. *de Cler. non resident.* ), aut quoquo modo sive per se, sive per alios facit, ne citatio ad ipsum perveniat ( *Clem. unic. de judic.* ).
            - Quando locus ubi quis citandus foret non est tutus (*Clem. unic. de judiciis* ).
            - Quando contradictor est incertus ( *Cap. ult. de Elect. in* 6. ).
            - Quando in genere citantur omnes quorum interest ( *Leg.* 6. *C. de remis. pignoris* ).
      - Dein referendo significationem reo peractam judici ( *C.* 11. *de probationibus* ).
  - Effectus
    - Actor obligatur ad prosequendum judicium coram judice citante (*a*).
    - Reus cogitur coram judice citante judicium prosequi, etiamsi postea alterius jurisdictionis esse coeperit ( *Cap.* 19. *de Foro Compet.*, *Leg.* 4. *C. de in jus vocando* ).
    - Perpetuatio jurisdictione judicis delegati, ita ut mortuo delegante, delegatus possit in causa procedi ( *C.* 20. *de Offic. et potest. Judicis deleg.* ).
    - Res, petita actione reali fit litigiosa ( *Auth. Litigiosa C. de Litigiosis* ).
    - Interrumpitur praescriptio 30. vel 40. annorum ( *Leg.* 3. *C. de praescript.* 30. *vel etc.* ).

(*a*) *Hoc deducitur ex leg.* 4. *C. de in jus vocando primum per Cujacium restituta, nec ab omnibus Codicis editionibus agnita.* Adeatur Jo. Voet. Tit. de Jurisdictione etc. num. 23.

# TABULA LXXV.

## DE DOLO, ET CONTUMACIA

### ( *ad Tit.* 6. *Lib.* 3. )

- **Contumaciae**
  - Culpa admittitur
    1. Judicio se haud sistendo, dum quis vocatus est tribus edictis, vel uno peremptorio ( *Leg.* 53. *de re judicata etc.*). justa causa non impeditus ( *dicta leg.* §. *Poenam etc.* ).
    2. Judici non parendo, posteaquam quis in judicium venit ( *Leg. unic.* §. 1. *Si quis jus dicenti etc.*).
    3. Susceptum judicium deserendo absque judicis venia ( *Cap.* 3. *de dolo et contumacia* ).
  - Poenae
    - Ordinariae
      - Quoad Actorem contumacem
        - Condemnatio in expensas, et denegatio alterius citationis, nisi de se judici sistendo cautionem praestet actor ( *Cap.* 1. *de dolo et contum. in* 6. ).
        - Receptio testium, ac sententia definitiva etiam lite non contestata, dummodo
          - Reus hoc petat
          - Citetur procurator actoris contumacis, vel actor ipse per edictum si nullum procuratorem reliquerit.
          - ( *Cap.* 3. *de dolo, et contumacia* ).
      - Quoad Reum Contumacem
        - In genere
          - In actione personali actoris missio in possessionem mobilium, vel immobilium
            - Uti Custos ex primo Decreto, quae cessat si ante missionem ex secundo Decreto, praestiterit cautionem reus contumax de judicio sistendo, ac refundat expensas ( *Cap. ult. Ut lite non contestata etc.* ).
            - Uti verus Possessor ex secundo Decreto arbitrio judicis pronunciando ( *Glossa Cap.* 9. ℣. *Constituatur de dolo et contum.*).
          - In actione reali
            - Ante litem contestatam
              - Missio ex primo Decreto custodiae causa, quae cessat si infra annos reus contumax venerit, judicio sisti praestita cautione, ac exhibita satisfactione congrua expensarum.
              - ( *Cap. ult.* §. *In aliis Ut lite non contest. etc.*
            - Post litem contestatam
              - Missio in veram possessionem. Sententia definitiva si res sit explorata.
              - ( *Cap.* 4. §. *Ideoque etc. De dolo et Cont.* ).
        - In specie sequestratio rei litigiosae, hisce in casibus
          1. Si sit metus ne res vel fructus dilapidentur ( *Cap.* 2. *de Sequestratione possess. etc.* ).
          2. Si maritus ad inopiam vergat, dos sequestro datur ( *Leg.* 22. §. *Si autem etc. Soluto Matrim.* ).
          3. Si persona a qua res mobilis petitur suspecta sit ( *Leg.* 7. §. *ult. Qui satisdare etc.* ).
          4. Si de beneficio Ecclesiastico agatur contra possessorem non triennalem, et contra ipsum in possessorio, vel petitorio sit lata sententia ( *Clem. I. de sequest. possess. et fruct.* ).
    - Extraordinariae
      - Multa ( *Leg.* 2. §. 1. *Si quis in Jus etc.* ).
      - Censurae ( *Cap.* 3. *Ut lite non contestata etc.* ).

# TABULA LXXVI.

## DE LITIS CONTESTATIONE

### ( *ad Tit.* 7. *Lib.* 3. )

- **Litis Contestationis**
  - Definitio: Judicii constitutio facta adfirmatione unius, et contradictione alterius.
  - Inductio fit
    - Per adfirmationem unius, et negationem alterius ex litigatoribus.
    - Non per simplices exceptiones.
    - *Engel. n.* 1. *de litis Contest.*
  - Effectus
    1. Prorogatur Jurisdictio judicis aditi, ut non amplius recusari possit ( *Leg.* 52. *de Judiciis* ) nisi
       - Vel nova causa ipsum recusandi primum supervenerit ( *Cap.* 25. *de Off. et potest. Jud. etc.* ).
       - Vel ea quae jam extabat primum excipientis notitiae pervenerit ( *Cap.* 4. *de Except.* ).
    2. Procurator invitus recusari nequit absque rationabili causa ( *Cap.* 2. *de Proc. in* 6. ).
    3. Actio semel in judicium deducta, quam quis postea non prosequitur, perpetuatur usque ad quadraginta annos ex die ultimae cognitionis computandos ( *L. ult. C. de praescrip.* 30. *vel* 40. *annorum* ).
    4. Poenales actiones, et heredibus dantur, et contra heredes transeunt ( §. 1. *In fin. Just. de Perpet. et temp. act.* ).
    5. Excluduntur exceptiones dilatoriae ( *Cap.* 20. *de Sent. et re jud.* ).
    6. Possessor bonae fidei quoad fructuum perceptionem attinet, habetur pro malae fidei possessore, sive agatur judicio in rem speciali ( *L.* 22. *C.* 2. *de Rei vind.* ), sive universali ( *L.* 25. §. 7. *Cum L.* 40. §. 1. *de Hered. petitione* ).

# TABULA LXXVII.

## DE JURAMENTO CALUMNIAE

### ( *ad Tit.* 8. *Lib.* 3. )

**Juramenti Calumniae**

- **Objectum in eo situm est, ut**
  - Actor asseveret, se non calumniandi animo litem movisse, sed existimando bonam causam habere.
  - Reus, quod putans se bona instantia uti, ad reluctandum pervenerit.
  - } *Leg.* 2. *Cod. de jurejurando propter etc.*
  - Uterque, quod nihil penitus causa Patrocinii judicibus, vel alii cuicumque personae pro hac causa dederint, vel promiserint, vel postea dabunt vel per se, vel per aliam mediam personam, exceptis his, quae propriis advocatis pro patrocinio praestant, aliisque personis, quibus nostrae leges dari disponunt ( *Auth. principales etc. Cod. de jurejurando propter etc.* ).
- **Praestatio**
  - **Quoad subjectum fieri solet**
    - A personis principalibus (exceptis pupillis, minoribus, aliisque administrationem rerum suarum non habentibus Leg. 2. §. Quod observari oportet etc. *Cod. de jurejurando propter etc.* ) nempe actore, et reo,
      - Sive per se, sive per procuratores speciali mandato instructos ( *C. ult. hoc tit. in* 6. ).
      - Sive Clerici sint, sive Laici, hac differentia, ut
        - Clerici si per se juramentum eliciant, jurent non inviti
          - modo accesserit venia
            - Pontificis, si Episcopi Antistitis, si Clerici infer.
            - } *Cap.* 1. *hoc tit.*
          - propositis Evangeliis ( *C. ult. hoc. tit.* ).
        - Laici nullius venia accedente, tactis Evangeliis.
    - Ab heredibus principalium personarum ( *dictae Auth. principales, ibique Glossa* ℣. *migraverit* ).
    - Tutoribus, Curatoribus, Syndicis, ( *Leg.* 2. §. *Quod observari etc. Cod. de jurejurando propter etc.* ).
  - **Quoad essentiam**
    - Si petitum illud non fuerit, non est necessarium ( *Cap.* 1. *hoc tit. in* 6. ).
    - Si sit petitum, quamvis pacto remissum (*a*), est omnino necessarium, ea sub poena, ut recusans, per sententiam judicis, si sit
      - Actor, causa cadat.
      - Reus, condemnationem substineat.
      - } *Leg.* 2. §. *Sin autem etc. Cod. de juramento propter etc.*
- **Discrimen a juramento malitiae in eo est**
  - 1. Ut illud, primum post litem contestatam exigi soleat ( *Cap.* 1. *hoc tit. in* 6. ); hoc autem tam ante, quam post litem contestatam ( *Cap.* 2. §. *fin. hoc tit. in* 6. ).
  - 2. Ut illud pertineat ad totam causam, unde in eadem instantia, et ab eadem persona nonnisi semel sit praestandum ( *Auth. in isto juramento etc. Cod. de jurejurando propter etc.* ) hoc ad certos tantum articulos, et toties exigi possit, quoties judici videbitur ( *Cap.* 2. §. *fin. hoc tit. in* 6. ).

(*a*) *Pactum de non praestando calumniae juramento, legibus est improbatum* ( Leg. 2. §. sed quia etc. Cod. de jurejurando propter etc. ) *ne litigantes ad lites calumniandi animo suscipiendas quodam modo invitarentur.*

---

# TABULA LXXVIII.

## DE PROBATIONIBUS

### ( *ad Tit.* 4. *Lib.* 3. )

**Probationum**

- **Definitio:** rei dubiae apud judicem controversae per legitimos modos facta ostentio ( *Engel. n. de Prob.* ).
- **Onus incumbit**
  - Regulariter illi qui aliquid affirmat (*Leg.* 2. *de Prob.*) unde
    - Actor debet probare fundamentum suae actionis ( *Arg. Leg.* 8. *de Prob.* ).
    - Reus debet probare fundamentum suae exceptionis ( *Leg.* 19. *in princ. de Prob.* ) vel actionis inficiationis, si haec sit cum affirmatione novi facti conjuncta ( *Leg.* 1. *Cod. de Probat.* ).
    - Utrique probare debent si agatur de judiciis duplicibus ( *Cap.* 3. *de Prob.* ).
  - Irregulariter alteri, si
    - Vel pro affirmante sit juris praesumptio ( *Cap.* 2. *de Restit. spoliat. in* 6. ).
    - Vel probationis onus in se suscipiat ( *Leg.* 14. *de Prob.* ).
- **Divisio in**
  - Plenam, quae judici plenam fidem facit, ita ut juxta eam sententiam ferat.
  - Semiplenam (*a*).
  - } *Schalmalzgrn* 8. *de Prob.*
- **Species**
  - Confessio, de qua in Sectione 1.
  - Testes, de quibus in Sect. 2.
  - Scripturae, de quibus in Sect. 3.
  - Jusjurandum assertorium, de quo in Sect. 4.
  - Inspectio rei, de qua in Sect. 5.
  - Praesumptiones, de quibus in Sect. 6.

(*a*) *Late hanc probationum divisionem improbant Daurenus, Donellus, Faber. Vide tamen Devoti* Inst. Can. Tit. de Prob. §. 3. in nota prima.

# TABULA LXXVIII.

## SECT. I.

## DE CONFESSIONE

- Confessio (a)
  - Definitur: ejus quod ab adversario intenditur in judicio, vel extra illud facta asservatio ( *Reiffen. num.* 3. *de Confessis* ).
  - Requirit.
    - Ut elicita sit
      - A majore viginti quinque annis ( *Leg.* 6. §. *pen. de Confessis* ).
      - Sponte ( *Can. Lotharius* 4. *caus.* 31. *quaest.* 2. ).
      - Scienter.
      - Contra confitentem.
      - In jure (*b*).
      - Coram adversario.
    - Ut certum sit designatum.
    - Ut versetur circa rem quae controvertitur.
    - Ut causae admodum favorabili non pugnet.
    - Ut non pugnet cum natura, aut cum jure.
    - Ut non sit revocata
      - Vel incontinenti ( *Arg. Cap.* 7. *de Testib. cogendis vel non* ).
      - Vel post intervallum, erroris causa probata, negotio nondum peracto ( *Cap. ult. de Confessis* ).

    } *Glossa ad caput ultimum ℣. Confessus de Confessis.*
  - Elici solet per propositionem positionum, quae
    - Definiuntur: simplices assertiones facti ad causam pertinentes, medio juramento inscriptis exhibito ad hoc ut per responsionem adversarii ad interrogationem judicis pars relevetur ab onere probandi ( *Fagnanus Cap. unic. num.* 55. *de litis contestatione* ).
    - Inducunt ei cui propositae sunt necessitatem respondendi
      - Ea sub conditione
        - Ne sint superfluae.
        - Ne sint obscurae.
        - Ne sint captiosae.
        - Ne sint multiplices, scilicet implicantes plures articulos.
        - Ne versentur circa jus.
        - Ne sint sensu interrogativo conceptae.

        } *Reiff. n.* 203. *ad num.* 210. *de Confess.*
      - Ea sub lege, ut respondere renuens habeatur pro confesso ( *Cap.* 2. *de Confessis in* 6. ).

(*a*) *Confessio si proprie loqui velimus, est potius probationis relevatio, quam species probationis; objectum enim probationum sunt res dubiae, et controversae: dubium autem vel controversum minime est quod ab adversario confitetur. Quum tamen Auctor tamquam speciem probationis confessionem agnoverit, ideo et nos ejus ordinem sequuti veluti probationis speciem confessionem retinebimus.*

(*b*) *Nonnulli tenent, quod etiamsi confessio fiat extra jus ( quam confessionem extrajudicialem appellant ) ea in civilibus plene probet, modo causae adjectio sit expressa et fiat coram adversario* ( Reiff. ad Tit. de Confessis n. 37. ).

---

# TABULA LXXVIII.

## SECT. II.

## DE TESTIBUS

- Testium
  - Definitio: personae quae interrogatae dicant aliquid factum esse, aut non esse.
  - Fides exponenda in hujus Sectionis Art. 1.
  - Usus in judiciis exponendus in hujus Sectionis Art. 2.

# TABULA LXXVIII.

SECT. II. ART. II.

## DE FIDE TESTIUM

- Testium fides pendet
  - Tum a singulorum
    - Idoneitate testimonium perhibendi, qua omnes pollent, iis exceptis qui speciatim a jure prohibentur, quique triplicis sunt generis, nempe
      - Alii removentur ob conditionem personae in omni causa, quales sunt
        - Ex defectu mentis, furiosi ( *Arg. Leg.* 5. *de Regulis juris* ).
        - Ex defectu aetatis, impuberes (*Leg.* 3. §. 5. *de Test.*) nisi in criminibus lesae majestatis(*Leg.*10.§.1.*de quaestion*).
        - Ex defectu status civilis, servi (*Cap.* 10. §. *Testes de verbor. signif.*) nisi alia desit probatio (*Leg.* 7. *de Testib.*).
        - Ex defectu corporis, coeci, surdi, et muti ( *Cap.* 37. *de Testib. Leg.* 18. *cod. codem* ).
        - Ex defectu fidei aut vitae probatae
          - Pecunia corrupti ( *Cap.* 1. *de Test.* ).
          - Infames tum jure ( *Can.* 11. *Cap.* 3. *q.* 4. ) tum facto ( *Can.* 9. *ca.* 3. *q.* 5. ) nisi in criminibus exceptis ( *Gonz. C.* 54. *num.* 10. *de Test.* ).
          - Accusatus de crimine, pendente accusatione, nisi in criminalibus exceptis ( *Cap. fin. de Testib.* ).
          - Criminosus in crimine persistens, nam emendatus non infamis in causa civili admittitur (*Cap.* 24. *de Test.* ).
          - Perjurii etiam emendati ( *Cap.* 54. *de Test.* ).
          - Excommunicati ( *Cap.* 8. *de sententia excommunicationis in* 6. ).
          - Personae valde pauperes et viles ( *Leg.* 3. *in princ. de Test.* ).
      - Alii removentur ob conditionem personae in certis tantum causis quales sunt
        - Minor viginti quinque annis in causa criminali ( *Leg.* 20. *de Test.* ).
        - Clericus in causa criminali contra reum si agatur de poena sanguinis in eum irroganda ( *Engel. n.* 32. *de Test.* ).
        - Femina in causa criminali ( *Engel. num.* 35. *de Test.* ).
        - Patroni in causa quam defendunt ( *Leg.* 25. *de Test.* ).
        - Omnes in causa propria ( *Leg.* 10. *cod. de Test.* ).
      - Alii removentur ob conditionem personarum
        - Pro quibus testantur, nempe
          - Qui sunt de domo et familia ejus pro quo testantur, nisi
            - sint spectatae fidei ac probitatis ( *Cap.* 24. *de Test.* ).
            - quaeratur de cognatione (*C.* 3. *qui matrimonium accusare possunt*).
          - Amici pro amicis ( *Leg.* 3. *de Test.* ).
          - Parentes pro filiis ( *Cap.* 22. *de Test.* ).
          - Ii qui similem cum aliis habent controversiam, et quor. judicium illud interesse potest (*Cap.* 20. *de Test.* ).
        - In quas testificantur, nempe
          - Laici contra clericum in causa criminali ( *Cap.* 14. *de Test.* ).
          - Socius contra socium criminis (*Leg.* 11. *cod. de Test.*) nisi agatur de criminibus exceptis
            - Haereseos ( *Cap.* 5. *de haereticis in* 6.).
            - Simoniae, si agatur civiliter, nec testificans socius muneris fuit ( *C.* 1. *de Test. in* 6.).
            - Laesae Majestatis ( *Can.* 22. §. *sane si quis, caus.* 6. *q.* 1. ).
          - Inimicus contra inimicum ( *Cap.* 19. *de accusationib. Leg.* 17. *cod. de Test.* ).
          - Libertus contra patronum ( *Leg.* 12. *cod. de Test.* ).
          - Liberi contra parentes / Parentes contra liberos ( *Leg.* 6. *cod. de Test.* ).
          - Haereticus ac Judaeus contra orthodoxos ( *Can.* 24. *et* 26. *caus.* 1. *q.* 7. ).
    - Dictis, in quib. haec observanda
      - 1. Singuli testes deponere debent de re sibi cognita
        - Vel per aliquem corporeum sensum, qui debet patefieri ( *Leg.* 4. *cod. de Test. ibique Bartolus* ),
          - Proprium non alienum (*Can. Test.* 15. *C.* 3. *q.* 9. *Leg.* 18. *cod. de Test.*).
          - Convenientem rei dubiae, de qua quaeritur (*C.*27. *de Test.*).
        - Vel per proprium intellectum qui testes de credulitate appellantur, quales sunt artifices qui de rebus ad prop. artem pertinentibus testificantur (*Reiffen. num.* 354. *Schmalzg. n.* 115. *de Test.*).
      - 2. Singuli testes debent deponere firmiter non varie, aut vacillanter, aut sibi contrarie ( *Leg.* 2. *et* 16. *de Test. Novel.* 90. *C.* 3.).
  - Tum a plurium
    - Numero qui
      - Certis in Casibus
        - Generatim extendi debet ad duos vel tres ( *Cap.* 23. *de Test.* ).
        - Vel limitari potest ad unicum
          - Si sit Pontifex Rom. qui de facto aliquo prop. testetur ( *Cap.* 28. *de Test.* ).
          - Si artifex qui testatur circa prop. artem, nec plures periti habere nequeunt (*Schmal. num.* 70. *hoc Titul.* ).
          - Si Officialis testificans de actu a se gesto ( *Cap.* 19. *de appellationibus etc. ibique Glossa ℣. suus Nuncius* ).
          - Si testetur in alicujus favorem, citra praejudicium alterius, ut si quis deponat
            - aliquam Ecclesiam fuisse consecratam (*Cap.*16. *de Cons. D.* 1. *ibique Glossa ℣. Certi Testes* ).
            - aliquem fuisse baptizatum ( *Cap.* 110. *de Cons. D.* 4. ).
          - Si testetur de consanguinit. inter duos in matrim. conjungendos (*Cap.* 22. *de Test.*).
        - Vel extendi debet
          - ad septem
            - In causa matrimonii ob impotentiam dissolvendi quia ad hanc probandam necesse est ut tam vir quam mulier cum septem propinquis aut vicinis jurent quod invicem etc. habitando matrimonium consummare nequiverint ( *Cap.* 5. *et* 7. *de Frigidis* ).
            - In Testamento solemni ( §. 3. *Instit. de Testam. ordinandis* ).
          - ad quinque
            - In omni ult. voluntate, excepto Testamento (*Leg.* 8. §. *ult. Cod. de Codicillis*).
            - Ad probandam debiti solutionem, jam in scriptura relatam (*Leg.*18. *Cod. de Test.*).
    - Depositione, in qua observandum est
      - Si unus multis contradicat, id reliquorum testimonio non derogat fidem nisi sit ex numero eorum qui in negotio aliquo necessario requiritur ( *Leg.* 1. *in fin. Testamenta quemadmodum* ).
      - Si plures a pluribus dissentiant
        - 1. Tentanda est concordia per commodam interpretationem ( *Cap.* 16. *de Test.* ).
        - 2. Si haec obtineri nequit, aestimabiliora Testimonia praeferenda sunt ( *Cap.* 32. *in fine de Test.*).
        - 3. Si pari aestimatione ea comperiantur ex argumentis, et testimoniis, quae rei aptiora, et vero proximiora esse compererit, animi sui motum Judex confirmet (*Leg.*3 §. 1. 2. *Leg.* 21. §. *ultim. de Test.*).
        - 4. In honestatis et argumentorum puritate, major numerus minori praefertur (*Cap.* 32. *de Test.*).
        - 5. In pari numero Testium pro causa admodum favorabili judicandum est ( *Glossa in Cap.* 32. *de Test. ℣. adversus circa medium* ).
        - 6. Si nec causae favor existat, humanius pro eo judicetur ( *C.* 6. *in fin de Fide instrument.* ).

# TABULA LXXVIII.

SECT. II. ART. II.

## DE TESTIUM USU IN JUDICIIS

**Usus Testium in Judiciis consistit in**

- **Ipsorum Testium productione, in qua haec observanda**
  - 1. Ex jure Canonum generatim hortandi tantum sunt Testes ad testificandum, (*Cap.* 1. *et* 3. *de Testib. cogendis vel non*) cogendi vero sunt
    - His in casibus, nempe
      - Cum renuens odio, gratia, timore se subtrahat (*Cap.* 1. *et* 6. *de Test. cogendis*).
      - Si alia desit probatio (*Cap.* 2. *et* 5. *Cap. fin. de Testib. cogen.*).
    - Sub poena
      - Excommunicationis si renuens sit Laicus (*Cap.* 1. *et* 5. *de Test. cog.*).
      - Suspensionis, (atque etiam excommunicationis, ac depositionis contumacia perperante) si renuens sit Clericus (*Cap.* 2. *de Test. cog.*).
  - 2. Regulariter productio fit post litem contestatam (*Cap. fin. Ut lite non contest.*) intra tempus dilationis ad producendos testes constitutum (*Leg.* 1. *Cod. de dilationibus*).
  - 3. Ante litem contest. productio permittitur
    - 1. Cum timetur ne senio, vel morbo affecti testes deficiant, modo causa civilis sit, et actor conveniat adversarium infra annum, vel receptionem hujusmodi denuntiet (*Cap. fin. Ut lite non contest.*).
    - 2. Si reus contumax sit, et agatur
      - Vel de degradatione aut depositione Episcopi, (*Cap.* 8. *de dolo et contumacia*).
      - Vel de matrimonio aut electione canonica (*C. fin.* §. *Porro ut lite non contest.*).
    - 3. Memoriae rerum conservandae causa; modo ii quorum interest vocentur et pubblicum instrumentum conficiatur (*Cap.* 41. *et* 43. *de Test.*).
  - 4. Testium productio debet fieri sumptibus producentis (*Leg.* 11. *et* 16. *in fin. Cod. de Test.*).
  - 5. Testes ultra quadraginta excedere non debent (*C.* 38. *de Test.*).
  - 6. Testes nequeunt amplius produci super iisdem articulis; vel directo contrariis postquam cognita fuerint testificata (*Cap.* 30. *de Test. ibiq. Gonz.* ℣. *depositis*) vel productione testium est renunciatum, (*C.* 46. *de Test.*).
  - 7. Re integra, possunt Testes bis et tertio produci, at quarta productio non permittitur, nisi illam petens juret
    - se testificata non suppressisse
    - se testificata non didicisse
    - se malitiose quartam productionem non petere
    - } *Cap.* 55. *de Test.*
  - 8. Testes probatorios, et reprobatorios probatorium reprobare licet, sed reprobatorios reprobatorium non licet (*Cap.* 49. *de Test.*)
- In forma eos recipiendi et interrogandi, in qua haec observanda
  - 1. Citatur adversarius ut ad audiendos testes veniat (*Cap.* 2. *de Test.*).
  - 2. Juramentum testes elicere debent, quo se non odio vel gratia, vel aliquo commodo, sed uno veritatis studio ad testificandum accedere asserant (*Cap.* 5. *de Test.*), nisi pars adversa jusjurandum remiserit (*Cap.* 39. *de Test.*).
  - 3. Testes admittit Judex ad examen atque eos interrogat
    - Singulos singillatim (*Cap.* 52. *de Test.*).
    - Diligenter ac de singulis circumstantiis (*Cap.* 37. *de Test.*).
    - Parte saltem praesente, quae testes produxit (*Cap.* 2. *de Test.*).
- In eorum depositione, quae debet
  - Elici ad examinantis interrogationem, viva voce (*Can. Test.* 15. *Ca.* 3. *q.* 9. *Leg.* 3. §. 3. *de Testibus*).
  - Conformis esse interrogationi (*Arg. Cap.* 29. *de Test.*).
  - Conscribi a Notario (*Cap.* 11. *de Probationibus*).
- In attestationum publicatione, cujus
  - Definitio: legitima editio attestationum a judice legitime facta, idest elapso termino probatorio ad petitionem partis, alia legitime citata (*Gonzal. ad Cap.* 17. *de Test. num.* 3.).
  - Effectus
    - 1. Attestationes in uno judicio receptae fidem faciunt in eadem causa, et inter easdem personas coram alio judice (*Cap.* 11. *de Test.*) sed attestationes receptae per arbitrum fidem faciunt in judicio, si testes mortui sunt; si vivunt est in optione illius contra quem testes producti sunt, utrum attestationes jam factas recipere, an novas fieri depositiones velit (*Cap.* 50. *de Testib.*).
    - 2. Testes sive iidem, sive alii produci non possunt in eadem vel alia instantia super iisdem articulis vel directe contrariis (*Cap.* 17. *Elemen.* 2. *de Test.*); at testes recepti in judicio summario fidem non faciunt, ac possunt recipi non obstante attestationum publicatione in plenario iidem vel alii testes super eosdem articulos (*Cap.* 38. *de Test.*).
    - 3. Interrogari non amplius possunt testes producti, nisi
      - Super alio et novo articulo (*Cap.* 17. *e* 42. *de Test.*).
      - Pars quae id fieri postulat, forsan a principio illos interrogari super certis Capitulis postulasset, idque malitiose vel negligenter fuerit praetermissum (*Cap.* 48. *de Test.*).
    - 4. Nequit amplius excipi contra personas testium, nisi excipiens
      - Cum juramento firmaverit quod ad hoc ex malitia non procedat
      - Forsan ante publicationem id fuerit protestatus
      - Ostendere poterit quod post publicationem didicerit quod objicit in personas
      - } *Cap.* 31. *de Test. et Attest.*

# TABULA LXXVIII.

## SECT. III.

## DE SCRIPTURIS

- Scripturarum
  - Divisio est in
    - Publicas, quae publica auctoritate conficiuntur a personis quibus id munus datum est, et quarum
      - Species
        - Propriae sunt
          - Instrumentum a Notario legitime confectum.
          - Instrumentum autentico sigillo munitum. } *Cap. 2. de Fide Instrumentorum.*
          - Instrumentum auctoritate Judicis per Notarium exemplatum ( *Cap.* 15. *et* 16. *de Fide Instrum.* ).
          - Instrumentum quod in Judicio scribitur apud acta publica ( *Cap.* 11. *de Probat.* ).
          - Instrumentum quod de Archivio publico producitur ( *Auth. Ad. haec Cod. de Fide Instrum.* ).
          - Tabulae censuales ( *Leg.* 10. *de Probat.* ).
        - Impropriae sunt
          - Libri mercatorum, qui fidem faciunt usque ad 30. ducatorum auri ( *Pius IV. Const. Volentes dilectos.* ).
          - Scripturae privatae a tribus Testibus subscriptae (*Auth. Siquis Cod. qui potiores*) modo testes adhuc, cum Scripturae proferuntur vivant ( *Cap.* 2. *de Fide Instrum., et Zallinger ad* §. 271. *in tit. de Fide Instrum.* ).
      - Requisita ut plene probent sunt
        1. Ut sint Authographae ( *C.* 1. *de Fide Istrum.*) aut ex authographis legitime sumptae ( *C.* 16. *de Fide Istr.* ).
        2. Ut non sint lectionis ita impeditae, ut legi, aut intelligi nequeant ( *Cap.* 6. *de Fide Instrum.* ).
        3. Ut non sit abrasae in loco suspecto ( *Cap.* 3. *de F. Instr.* ).
        4. Ut non elidantur
           - vel per alia Instrum. ab ipso producente prolata (*Cap.* 13. *de Fide Instr.*).
           - vel per contrarios testes ( *C.* 10. *de F. Instr.* ).
    - Privatas, quae a privatis nulla publica auctoritate conficiuntur, et quae fidem faciunt his in casibus
      - Quando continent liberatoriam confessionem ( *Leg.* 40. *de pactis* ).
      - Vel quando contra scribentem proferuntur, modo
        - Causa debiti sit expressa ( *C.* 15. *de F. Instrum.* ).
        - Non agatur de pecunia numerata, nam etiam in chirographo confitenti competit exceptio non numeratae pecuniae intra biennium opponenda a die emissae cautionis, et quae onus probationis in actorem confert ( *Leg.* 14. *Cod. de non numerata pecunia* ).
    - Exhibitio, fieri potest etiam post publicatas attestationes, antequam concludatur in causa ( *Cap.* 9. *de Fide Instrum.*).
    - Editio
      - Quae ad probandam actoris intentionem inserviunt, facienda est ab ipso actore, nec ad eam urgendus reus ( *Cap.* 1. *de Probat.* ) nisi instrumenta habeat communia ( *Cap.* 12. *de Fide Instr.* ).
      - Quae ad probandam rei defensionem inserviunt, facienda est et ab ipso actore ( *Leg. ult. Cod. de edendo* ).

# TABULA LXXVIII.

## SECT. IV.

## DE JUREJURANDO

**Jusjurandi assertorii, seu advocationis Divinitatis in testem ejus rei quae asseritur, species sunt**

- **Voluntarium, cujus**
  - Definitio: jusjurandum quod alter alteri defert vel refert extra judicium ( *Devoti Ins. Can. Tit. de probat.* §. 24. ).
  - Natura ea est ut pro libitu qui possit illud suscipere aut recusare, referre vel non ( *Donellus ad secundam Rubr. partem tit. de rebus creditis Cod. n.* 6. ).
  - Requisita sunt
    - 1. Ut jusjurandi conditio delata sit ( *Leg.* 3. *de jurejur.* ).
    - 2. Ut delata sit
      - Vel a domino, cui rerum suarum administratio interdicta non est ( *Leg.* 17. §. 1. *leg.* 35. §. 1. *de jurejur.* ).
      - Vel ab iis qui pro dominis in rerum alienarum administratione habentur (*Leg.* 17. §. 2. *de jurejur.*) modo omnes aliae probationes deficiant ( *Leg.* 35. *eodem* ).
    - 3. Ut juratum sit ( *Leg.* 3. *in prin. eodem* ) aut juramentum delatum suscipienti remissum (*Leg.* 9. §. 1. *eod.*).
    - 4. Ut juratum sit ex conditione delata, ut nempe juretur
      - Non finita delatione ( *Leg.* 11. *Cod. de rebus creditis et jurejur.* ).
      - Eadem forma qua jusj. delatum est (*Leg.* 3. §. *ult. Leg.* 4. *et* 5. *in princ. de jurejur.*).
  - Servandi modus consistit
    - Vel in danda actione ex jurejur. in factum
      - Actori juranti, vel cui remissum est jusjurandum ( *Leg.* 8. *Cod. de rebus creditis* ).
      - Adversus eum qui jusjur. detulit, ejusque successores ( *Leg.* 9. §. *ult. de jurejur.* ).
    - Vel in tribuenda exceptione
      - Reo qui juravit, vel cui remissum est jusjur. ( *Leg.* 9. §. 1. *de jurejur.* ) ejusque successoribus etiam singularibus ( *Leg.* 7. 8. *et* 9. *in princ. de jurejur.* ).
      - Adversus eum qui jusjur. detulit ( *Leg.* 11. *de jurejur.* ).
  - Effectus: ut jurejur. quaestio decisa est, nisi
    - Vel postea juramentum elicitum sit ab altera parte quae prior detulerat (*Leg.* 28. §. *ult. de jurejur.*).
    - Vel deferente herede juratum sit delegato, vel fidei commisso relicto, et postea manifestum sit nihil juranti fuisse relictum ( *Leg. ult. Cod. de rebus creditis* ).
- **Judiciale, cujus**
  - Definitio: jusjurandum quod in judicio alter ex litigatoribus alteri defert, adprobante judice ( *Devoti Inst. Canon. Tit. de Probat.* §. 24. ).
  - Natura, si deferatur, ea est ut praestandum sit
    - Nisi
      - Deferens
        - Vel jusjur. nondum praestitum revocaverit ( *Leg.* 11. *Cod. de rebus creditis* ).
        - Vel remittat susceptum ( *Leg.* 6. *de jurejur.* ).
        - Vel recuset jurare de calumnia (*Leg.* 37. *de jurejur.*) modo
          - Hoc ab adversario exigatur ( *Leg.* 34. §. 4. *de jurejur.* ).
          - Qui juramentum de calumnia recusat
            - non sit parens aut patronus, quib. hoc de calumnia juramentum remittitur ( *Leg.* 34. §. 4. *eod.*).
            - non sit is a quo refertur ( *Leg.* 34. §. 7. *eod.* ).
      - Is cui defertur referat, in iis tamen causis, quibus licet, non licet autem
        - 1. Si de facto ejus qui jusjur. referre vult, quaeratur ( *Leg.* 11. §. 3. *Leg.* 12. *et* 13. *de actione rerum amotarum* ).
        - 2. Si quis detulit velit referre ( *Leg.* 34. §. 7. *de jurejur.* ).
        - 3. Si convenerit ut juret is cui delatum est ( *Arg. Leg.* 17. *in princ. eodem* ).
        - 4. Si velit referre reus, conventus actione famosa ( *Cap. fin. de jurejur.* ).
      - Etiamsi praestitum foret non tribuat juranti id ad quod est institutum
        - Vel quia iis verbis est conceptum, quib. viro bono uti non licet ( *Leg.* 5. §. 3. *eod.* ).
        - Vel quia defertur ab eo, qui jusjur. deferendi potestatem non habet (*Leg.* 18. *eod.*).
        - Vel quia satis est probatum id de quo jusjur. defertur ( *Cap.* 2. *de Probat.* ).
    - Ea sub poena ut
      - Actore juramentum renuente, absolvatur reus.
      - Renuens reus, nec solvens, condemnetur.
      - } *Leg.* 34. §. *ult. de jurejur.*
  - Requisita eadem sunt quae jusjur. voluntarii nisi quod judiciale
    - Non potest iterum deferri postquam est revocatum ( *Leg.* 11. *Cod. de rebus creditis* ).
    - Nequit delatum revocari post sententiam quae appellatione suspensa non sit, aut appellatione sit confirmata ( *Leg.* 11. *Cod. de rebus creditis* ).
    - Judicis praesentiam requirit ( *Leg.* 12. §. *pen. Cod. eodem* ).
  - Effectus consistit in ferenda sententia secundum jurantem, ita tamen ut ab hac appellari nequeat (*Leg.* 12. §. 1. *Cod. de rebus creditis* ).
- **Necessarium, cujus**
  - Definitio: jusjurandum quod a judice uni ex litigatoribus defertur, ubi plena probatio desit ( *Devoti Inst. Can. tit. de Probat.* §. 24. ).
  - Natura ea est ut praestandum sit, nisi
    - Aut de re ignota deferatur ( *Leg.* 4. *in princ. De in litem jurando* ).
    - Aut a profano judice deferatur illicitum ( *Arg. Leg.* 5. §. 3. *de jurejur.* ).
  - Requisita
    - Communia cum prioribus generibus haec sunt
      - Ut juretur.
      - Ut juretur deferente alio, nempe Judice.
      - } *Leg.* 3. *Cod. de reb. creditis.*
      - Ut juretur ex conditione delata ( *Leg.* 3. §. *fin. Leg.* 4. *et* 5. *de jurejur.* ).
      - Ut juretur praesente judice ( *Leg.* 12. §. *pen. Cod. de rebus creditis* ).
    - Propria
      - Ut non possit deferri Judicis arbitrio, sed ad id requiratur
        - Inopia probationum.
        - Inopia probationum in causis dubiis.
        - Causae cognitio.
        - } *Leg.* 3. *Cod. de rebus creditis.*
      - Ut non possit delatum remitti ( *Vinn. part. Juris lib.* 4. *Cap.* 19. ).
  - Servandi modus consistit in ferenda sententia secundum jurantem ( *Leg.* 31. *de jurejur.* ).
  - Effectus seu vis, minor quam jusjur. voluntarii ac judicialis, nam
    - 1. A sententia ex hoc jurejurando lata appellare licet (*Arg. Leg.* 12. §. 1. *Cod. de rebus creditis* ).
    - 2. Ex hoc jurejur. sententia lata causam ex integro instaurare licet, si quis nova instrumenta se invenisse dicat ( *Leg.* 31. *de jurejur.* ).

# TABULA LXXVIII.

## SECT. V.

## DE INSPECTIONE REI

- **Inspectio rei**
  - Fit quando Judex rem, de qua controversia est, vel per se ipsum inspicit, vel Commissarios, aut alias personas ad eam inspiciendam deputat (*Engel. n.* 10. *de Probat.*).
  - Locum habet in causis quae respiciunt res quae sub oculos cadunt, uti causae
    - Nunciationis novi operis.
    - Damni infecti cautionis.
    - Finium regundorum.
    - Vulneris lethalis nec ne.
    - Matrimonii, in quibus quaeritur num aliquis venerem exercuerit (*Cap.* 4. *et* 14. *de Probat.*) aut aptus sit ad Matrimonium (*Cap.* 6. *de Frigidis, et Maleficiatis*), et in quibus periti adhibendi sunt
      - Quoad viros Medici.
      - Quoad foemiuas Obstetrices.
      - (*Engel. num.* 11. *de Probationibus*).

# TABULA LXXVIII.

## SECT. VI.

## DE PRAESUMPTIONIBUS

- **Praesumptionis**
  - Definitio: conjectura in rebus dubiis collecta ex argumentis, seu indiciis per circumstantias frequenter evenientibus (*Pirhing. n.* 1. *de Praesumptionibus*).
  - Divisio in
    - Praesumptiones juris, cujus
      - Species duplex
        - Definitio: praesumptio quae in jure habetur expressa, hoc est quae a lege nominatim fit, aut ab ea approbatur (*Reiff. n.* 19. *de Praesump.*).
        - Alia praesumptio juris tantum, cujus
          - Definitio: praesumptio cui jus tamdiu innititur donec contrarium probetur (*Reiff. n.* 25. *de Praesump.*).
          - Exempla
            - 1. Qualitas quae naturaliter homini inest semper adesse praesumitur, ut
              - Prudentia in senibus (*Leg.* 2. *de Jure Immunitatis*).
              - Infirmitas consilii in minoribus (*Leg.* 1. *de minoribus viginti quinque annis*).
              - Imbecillitas in mulieribus (*Leg.* 2. §. 2. *Ad.S.C.Vellejanum*).
            - 2. Quilibet praesumitur idoneus ad aliquod officium vel actum (*Cap. fin. de Praesumpt.*).
            - 3. Inter personas valde propinquas praesumitur honestas, non incestus (*Cap.* 15. *de Praesumpt.*).
        - Alia praesumptio juris, et de jure, cujus
          - Definitio: praesumptio cui jus adeo fortiter innititur ut eam plene pro veritate habendam decernat (*Reiff. n.* 26. *de Praesump.*).
          - Exempla
            - 1. Jure decretalium per sponsalia, et subsequentem copulam praesumitur matrimonium (*Cap.* 30. *de Sponsal.*).
            - 2. Mulier quae per annum et dimidium cohabitavit cum viro, praesumitur libere in matrimonium consensisse (*Cap.* 21. *de Sponsal.*).
            - 3. Religiosus non reclamans intra quinquennium contra professionem, eamdem ratam habuisse praesumitur (*Conc. Trid. Sess.* 25. *Cap.* 19. *de Reg.*).
    - Praesumptiones hominis, cujus
      - Species triplex, nempe
        - Definitio: praesumptio quae nullo jure scripta reperitur, sed juxta rerum, circumstantiarumque exigentiam et varietatem prudentis hominis arbitrio concipitur (*Reiff. n.* 20. *de Praesumptionibus*).
        - Violenta, cujus
          - Definitio: praesumptio quae violenter trahit mentem Judicis ad id credendum de quo est praesumptio (*Reiff. n.* 29. *de Praesumpt.*).
          - Vis ea est ut transferat onus probandi contrarium in adversarium, eoque in probatione cessante, feratur sententia pro quo adest hujusmodi praesumptio (*Cap.* 2. *de Praesumpt. Reiff. n.* 37. *eodem*).
        - Probabilis, cujus
          - Definitio: praesumptio quae ex aliquibus verosimilibus indiciis oritur (*Reiff. n.* 30. *de Praesumpt.*).
          - Vis tota pendet ab judicis arbitrio (*Reiff. n.* 32. *eodem*).
        - Levis, cujus
          - Definitio: praesumptio quae ex causis levibus atque insufficientibus oritur (*Reiff. n.* 31. *eodem*).
          - Vis nulla est (*Reiff. n.* 31. *eodem*).

# TABULA LXXIX.

## DE EXCEPTIONIBUS, ET REPLICATIONIBUS

( *ad Tit.* 10. *Lib.* 5. )

- Defensiones rei sunt
  - Vel inficiationes actionis, quae si
    - Simplices sunt, idest cum reus simpliciter negat id factum, quo nomine agitur, nihil in judicium deducunt, neque ulla hic neganti incumbit probatio.
    - Conjunctae, sunt cum adfirmatione novi facti, idest cum actio quidem aliquando actori competiit, sed ea novo aliquo facto postea interveniente ipso jure sublata esse dicitur, ejus facti a reo exigunt probationem ( *Leg.* 1. *Cod. de Prob.* ).
    - ( *Vinn. Inst. Tit. de Exceptionibus in principio.* )
  - Vel exceptiones, quarum
    - Definitio: Defensio rei, quae actioni alioquin jure constitutae opposita, hanc ipsam aequitatis ratione excludit ( *Vinnius ibidem* ).
    - Divisio duplex est
      - 1. Exceptio est
        - Vel peremptoria, cujus
          - Contestatio fit
            - Regulariter in qualibet Judicii parte ante Sententiam ( *Confer. Vinn. ad* §. 11. *Inst. de Exception. n.* 5. *et* 6. ).
            - Interdum in ipsa judicati exequutione, cujusmodi est exceptio S. C. Macedoniani, et Vellejani ( *Leg.* 11. *de S. C. Macedon.* ).
          - Effectus est ut actionem semper perimat ( §. 9. *Inst. de Except.* ).
        - Vel dilatoria, quae temporis dilationem tribuit (§. 10. *Institut. de Excep.*), et quae
          - Attigit
            - Vel causam ipsam prout
              - Exceptio pacti temporalis de non petendo.
              - Exceptio citationis emissae tempore feriar. quae duplicis sunt generis
                - Civiles quae pertinent praecipue ad commoda messium, et vindemiarum, et quib. judiciales actus ex consensu tantum partium exerceri possunt.
                - Ecclesiasticae, quae sunt dies devotionum, et orationum, et in quibus ne ex consensu quidem partium judicia exerceri queunt.
                - ( *Cap. ult. de Feriis.* )
              - Praescriptio moratoria a Principe impetrata.
            - Vel personam
              - Judicis si rejiciatur
                - Vel tamquam incompetens ( *Leg.* 5. *de Judiciis.* ).
                - Vel tamquam suspectus ( *Cap.* 25. *de Offic. et potest. Judicis etc.* ).
              - Actoris, puta si personam legitimam standi in judicio non habeat ( *Lit. Cod. Qui legit. personarum standi etc.* ).
              - Procuratoris
                - Si procuratorem esse negatur, vel
                - quia mandatum non habet ( *Leg.* 24. *Cod. de Procurat.* ).
                - quia non licuit adversario dare procuratorem (*Leg.* 19. §. 2. *de Prob.* ).
                - Si procuratorem esse non posse contenditur, ut
                - Si miles sit ( *Leg.* 7. *Cod. de Procurat.* ).
                - Si mulier ( *Leg.* 2. *de Regul. juris* ).
          - Objicitur
            - Regulariter
              - Ante litem contestatam ( *Leg.* 12. *Cod. de Except. Cap.* 20. *de sentent. et Re judicata* ).
              - Intra tempus a Judice praefiniendum ( *Cap.* 4. *de Excep.* ).
            - Interdum post litem contestatam
              - Vel ante senten. ut si agat. de exceptione excom. ( *C.* 12. *de Exc.* ).
              - Vel in exequutione rei judicatae si adversus inhumanam solidi petitionem exceptio competat ( *Leg.* 15. *Leg.* 17. §. *ult. soluto matrimonio* ).
      - 2. Exceptio est
        - Alia cohaerens rei, prout rei judicatae, doli mali etc., quae heredibus ac fideiussoribus prodest ( *Leg.* 7. §. 1. *de Except.* ) modo ii non donandi animo ( *Leg.* 32. *de pactis* ) vel pro invito fidejusserint ( *Leg.* 40. *mandati etc.* ).
        - Alia cohaerens personae, quae soli debitori non etiam heredibus, ac fidejussoribus prodest (*Leg.* 7. *in princ. de Except.* ) cujusmodi est exceptio
          - Ne a solo debitore petatur ( *Leg.* 22. *de pactis* ).
          - Ne ultra quam facere potest quis conveniatur (*Leg.* 7. *in princ. de Exceptionibus* ).
        - Alia mixta, cujusmodi est exceptio laesionis ex causa aetatis, quae minori competit ac heredi ( *Leg.* 6. *de in integr. restit.* ) non vero fidejussori ( *Leg.* 1. *Cod. de fidejuss. Minor.* ).
  - Replicatio, est responsio actoris ad exceptionem objectam a reo.
    Triplicatio, responsum rei ad replicationem actoris.
    Quadruplicatio, responsum actoris ad triplicationem rei.
    - ( *Leg.* 2. §. 2. *et sequent. de Exceptionibus.* )

# TABULA LXXX.

## DE ORDINE COGNITIONUM

( *ad Tit.* 11. *Lib.* 3. )

Circa cognitionum ordinem praecipuae regulae hae sunt

1. Praejudiciales quaestiones expediendae sunt ante causam quae primum postulat earum judicium, ut recte definiatur ( *Cap.* 1. *de Ordine Cognitionum* ).
2. Causam praeparatoriam prius definiri judiciali ordini aptum, et conveniens est ( *Leg.* 3. *cod. de Interdicto* ).
3. Causae incidentes ab eodem cognoscendae sunt judice, cujus est de praecipua causa judicare ( *Leg.* 3. *Cod. de Judiciis* ) nisi causa civili incidens sit ecclesiastica, quam ne incidenter quidem cognoscere judex laicus potest ( *Cap.* 3. *de Ordine cognitionum* ).
4. Quando actio criminalis principaliter intentatur de ea prius est cognoscendum, quam de civili ( *Leg. ult. Cod. de Ord. judicior.* ) nisi vel
   - Civilis sit praejudicialis, quo casu haec prius decidenda ( *Leg.* 3. *Cod. de ord. Cognit.* ).
   - Tam criminalis quam civilis proposita sit ab actore, quo casu utramque judex uno judicio absolvit ( *Leg.* 3. *Cod. de Ord. judicior.* ).
5. Si agatur de spolio non cogitur actor reo respondere (*C. fin. de Ordine Cognit.*), nisi vel
   - Actor prius restituatur ( *Cap. fin. de Ordine Cognit.* ).
   - Reus objiciat alterum spolium (*C. fin. de Ord. Cogn.*) quo casu
     - Aut spolium utrumque vertitur super eadem re, et tunc ultima violentia debet purgari ( *Leg.* 7. *Cod. ad legem Juliam de vi etc. Gonz. ad Cap.* 2. *n.* 22. *de Ord. Cognit.* ).
     - Aut spolium vertitur circa res diversas, et tunc
       - Si spolium opponatur in modum actionis per reconventionem, utraque causa debet una sententia absolvi ( *C.* 2. *de Ord. Cognit.* ).
       - Si spolium objiciatur in modum exceptionis reus non ante actori cogitur respondere quam reus ipse sit restitutus ( *C.* 2. *de Ord. Cog.* ).
6. Civiliter agenti non potest nisi spolium ab actore patratum utiliter objici, idque intra quindecim dies probandum ( *Cap.* 1. *de Restitut. Spoliat. in* 6. ).
7. Criminaliter agenti potest spolium etiam a tertio patratum utiliter objicii, modo
   - Spolium sit de tota substantia vel majori parte ipsius.
   - Spolium probetur intra quindecim dies.
   - Agatur contra spoliatorem intra tempus a Judice praefinitum.

   } *Cap.* 1. *de Restitut. spoliat. in* 6.
8. Rerum privatarum spoliatio agenti super Ecclesiasticis vel contrario, nequit opponi ( *C.* 1. §. *ult. de restitut. Spol. in* 6. ).

# TABULA LXXXI.

## DE MUTUIS PETITIONIBUS

( *ad Tit.* 12. *Lib.* 3. )

**Mutuae petitionis**

- Definitio: rei conventi in actorem durante conventionis judicio vicissim sub eodem judice instituta actio ( *Gonz. ad C.* 1. *n.* 6. *de mutuis petit.* ).
- Leges
  - Quae in judicio conventionis data est agendi ratio eadem in reconventionis judicio servanda ( *Cap.* 2. *de mutuis petit.* ).
  - Mutua petitio seu reconventio locum non habet
    - Apud arbitros ( *Cap.* 6. *de Arbitris* ).
    - In causa appellationis ( *Reiff. n.* 10. *de Mutuis petit.* ).
    - In negociis ecclesiasticis coram judice Laico ( *Engel. n.* 5. *de Mutuis petit.* ).
    - Quando reus nequit in judicio se sistere prout actor ( *Cap.* 5. *de except. in fin.* ).
- Finis est compensatio, ideoque quibus in causis cessat compensatio, nec mutua petitio admittitur, hujusmodi sunt causae
  - Criminales ( *Leg.* 5. *de publicis judiciis.* ).
  - Spolii, nisi alterum spolium apponatur ( *Cap. fin. de Ord. Cognit.* ).
  - Depositi ( *Cap. fin. de deposito* ).
- Effectus
  - Prorogat jurisdictionem judicis delegati, coram quo reus fuit vocatus, ita ut qui coram Judice reconvenit eumdem amplius recusare nequeat ( *Cap.* 1. *de mutuis petitionibus* ).
  - Efficit ut ambae caussae eodem tempore cognoscantur, et una sententia definiantur ( *C.* 1. *de mutuis petit.* ) modo tamen in principio fuerit reconventio instituta ( *Auth. et consequenter etc. Cod. de Sent. et Inter.* ).

# TABULA LXXXII.

## DE DILATIONIBUS

( *ad Tit.* 13. *Lib.* 3. )

**Dilationum**

- Definitio: justum temporis intervallum quod ad aliquem actum judicialem commodius expediendum actori, vel reo conceditur (*Engel. n.* 1. *de Dilationibus* ).
- Species quadruplex
  - Citatoriae.
  - Deliberatoriae.
  - Probatoriae.
  - Executoriae.

  *Engel. n.* 2. 3. 4. 5. *de Dilationibus.*
- Effectus
  - Dilatio uni concessa prodest et alteri litiganti ( *Leg.* 6. *in fin. Cod. de Temporib. in integrum restitutionis* ).
  - Pendente Dilatione conquiescit officium Judicis ( *Leg.* 3. *Cod. de Dilationibus*).

# TABULA LXXXIII.

## DE SENTENTIA ET RE JUDICATA

( *ad Tit. 14. Lib. 3.* )

Sententiae divisio est in

- Interloquutoriam, quae fertur inter principium, et finem causae super aliquo incidenti vel emergenti ( *Glos. in Clement. 1. ℣. definitiva de sequestrat. possess.* ).
- Definitivam cujus
  - Definitio: Sententia qua Judex causam principalem definit, et toti controversiae finem imponit ( *Engel. n. 3. de Sent., et re judic.* ).
  - Requisita versantur
    - Alia circa ipsius finitivae sententiae formam
      - Tum intrinsecam, quae requirit
        1. Ut indicetur in sententia certa res vel quantitas ( *Leg. 3. Cod. de Sent. quae sine cert. quant.* ).
        2. Ut quod in sentent. continetur non sit impossibile (*Leg. 3. quae sent. sine appellat.* ).
        3. Ut expresse non impugnet leges ( *Cap. 1. de sent. et re judic.* ).
        4. Ut absolutionem vel condemnationem contineat (*Leg. 3. Cod. de sent. et Interloquut.*).
        5. Ut lata non sit contra rem judicatam ( *Leg. 1. Cod. quando provocare* ).
      - Tum extrinsecam, quae requirit
        1. Ut servetur juris ordo ( *Cap. 19. de Sent. et re judic.* ).
        2. Ut sent. lata sit die non feriata, exceptis feriis homin. gratia introductis, modo partes consenserint ( *Cap. ult. de Feriis* ).
    - Alia circa personam judicis, ut nimirum
      1. Sit competens ( *Leg. 4, Cod. si a non Compet. judice* ) et non excommunicatus ( *C. 24. de Sent. et re judic.* ) nec corruptus ( *Leg. 7. Cod. quando provocare* ).
      3. Recitet eam in scriptis, exceptis
         - Ob qualitatem Judicis, Episcopis ( *Nov. 83. in princip.* ).
         - Ob qualitatem negotii, causis levioribus ( *Nov. 17. Cap. 3.* ).
      4. Recitet eam pro tribunali sedens ( *Cap. 5. de Sent. et re judic.* ) demptis judiciis summariis ( *Clem. 2. de verbor. significat.* ).
    - Alia circa personam litigantium, ut nempe
      1. Id contra quem sententia fertur sit in rebus humanis ( *Leg. 2. quae Sent. sine appellat.* ).
      2. Habuerint legitimam personam standi in Judicio ( *Leg. 1. Cod. qui legit. personam* ).
      3. Ut regulariter sint praesentes ( *Leg. 47. de re judic. Leg. 6. §. 3. de Confessis* ).
  - Effectus (si sententia est quomodocumque probata vel ab ea non est appellatum) est Res judicata, cuj. vis servatur
    - Si reus est absolutus, per rei judicatae exceptionem, quae reo prodest, modo
      - Id quod petitur idem sit, de quo jam judicatum est ( *Leg. 2. Cod. de Judiciis* ).
      - Eadem sit causa petendi ( *Leg. 2. Cod. de liberali causa* ).
      - Inter easdem personas lis renovetur ( *Leg. 2. Cod. de exceptionibus* ).
    - Si reus est condemnatus
      - Tum per judicati actionem, cujus
        - Vires moderantur
          - Vel per exceptionem competentiae, cujus
            - Beneficium competit
              - Exercitium competit actori adversus reum condemnatum ad hoc ut judicato satisfaciat ( *Leg. 4. §. 4. de re ju.* ).
              - Ratione personae
                - Ratione causae soli donatori (*Leg. 28. de regulis juris*).
                - Parentibus ( *Leg. 16. de re judicata* ).
                - Liberis ( *Leg. 18. soluto Matrimonio* ).
                - Fratribus ( *Duarenus ad Leg. 16. de re judicata* ).
                - Marito, Uxori ( *Leg. 20. de re judic.* ).
                - Socero ( *Leg. 21. et 22. de re judic.* ).
                - Sociis ( *Leg. 16. de re judic.* ).
                - Iis qui bonis cesserunt si quid postea hi adquisierint ( *Leg. 4. de Cessione bonor.* ).
            - Effectus in eo consistit ut quis damnetur in id quod facere potest, quod
              - In donatore aestimatur in id quod superest, deducto aere alieno, et eo quod necessarium est ad debitoris vitae tuitionem (*Leg. 19. §. 1. de re judic.*).
              - In coeteris quibus hoc beneficium competit aestimatur, in id quod superest eo tantum deducto quod necessarium est ad vitae tuitionem (*Leg. 173. de regul. juris*).
          - Vel per quinquennalem dilationem, quae a Principe debitoribus indulgetur, modo
            - Plerique creditores (qui pro quantitate crediti aestimantur) consentiant ( *Leg. ult. Cod. Qui bonis cedere possint* ).
            - Praebeatur fidejussio idonea super debili solutione ( *Leg. 4. Cod. de precibus Imperatori offerendis* ).
      - Tum per judicati exequutionem, quae
        - Imperatur ab eo magistratu
          - Vel cujus jussu sententia dicta est ( *Leg. 15. de re judic.* ).
          - Vel qui jussus est ab alio sententiam exequi ( *Leg. 15. §. 1. de re judic.* ).
        - Fit
          - Vel per manum militarem, quae
            - Locum habet in actione reali cum res est penes possessorem
            - Consistit in ablatione rei quae petitur.
            - ( *Leg. 68. de rei. vind.* )
          - Vel per pignoris capionem, in qua haec observanda
            1. Pignora capi posse post elapsas inducias, quae judicati dantur (*Leg. 31. de re judic.* ).
            2. Capi posse tam res corporales quam incorporales
               - Ea sub conditione
                 1. Ut propria sint ejus qui condemnatus est ( *Leg. 1. Cod. Quando fiscus, vel privatus* ).
                 2. Ut non pertineant ad agriculturam ( *Leg. 8. Cod. Quae res pignori* ).
               - hoc ordine
                 1. Capi debere semoventia.
                 2. Res mobiles.
                 3. Res soli.
                 4. Jura condemnati.
                 ( *Leg. 15. §. 2. de re Judic.* )
            3. Si intra duos menses ex quibus pignora capta sunt, condemnatus non solverit, pignora vendi posse ( *Leg. 31. de re judic.* ).
            4. Si pignora emptorem non inveniant, victori ipsi vel vendi (*Leg. 2. Cod. si in causa judicati*) vel addici pro ea quantitate quae debetur ( *Leg. 15. §. 3. de re judic.* ).
          - Vel per incarcerationem, a qua tamen liberantur
            - Clerici ( *Arg. Cap. 3. de solutionibus* ).
            - Mulieres propter civile negotium ( *Nov. 134. Cap. 9.* ).
            - Ii qui bonis cesserunt ( *Leg. 1. Cod. Qui bonis cedere possunt* ).

# TABULA LXXXIV.

## DE APPELLATIONIBUS

( *ad Tit.* 15. *Lib.* 3. )

- **Appellationis**
  - **Judicialis**
    - Definitio: provocatio quae fit ab actibus judicialibus quibus se gravatum quis existimat ( *Reiff. n.* 7. *de Appellat.* ).
    - Jus competit
      - 1. Iis quorum interest, tam nomine proprio, quam procuratorio ( *Leg.* 1. *de Appellat. recipiendi* ) etiam excommunicatis ( *Cap.* 5. *de exceptionibus* ).
      - 2. Matri pro Filio ( *Leg.* 1. §. 1. *de Appellat. recipiend.* ).
      - 3. Omnibus pro eo, qui supplicio est addictus ( *Leg.* 6. *de Appellat.* ).
    - Objectum sunt sententiae validae in quib. quis gravatur, exceptis,
      - Ob factum litigantium
        - Sententiis quoquo modo a litigatoribus probatis ( *Cap.* 20. *de Off. et Potest. Judicis delegati* ).
        - Sententiis a quibus bis est appellatum ( *Leg. unic. Cod. ne liceat etc. Cap.* 39. *de Appellationib.* ).
        - Sententiis latis contra contumaces ( *Leg.* 23. §. 3. *de Appellat. et Relationib.* ).
        - Causis in quibus pacto ante sententiam appellationi sit renuntiatum ( *Leg.* 1. §. 3. *a quibus appellari* ).
        - Causis in queis quis convictus vel confessus sit ( *Leg.* 2. *Cod. quorum appellat. non recip. Cap.* 3. §. *sin autem de Appellat. in* 6. ).
      - Ob personam illius a quo appellatur
        - Sententiis a summo Pontifice ( *Can.* 16. *et* 17. *caus.* 9. *q.* 3. ) vel Principe latis ( *Leg.* 1. §. 1. *a quibus appellari* ).
        - Sententiis ab arbitro prolatis ( *Leg.* 27. §. 2. *de receptis* ).
      - Ob qualitatem causae,
        - Causis in quibus res dilationem non recipit ( *Leg.* 7. *de appellat. recipiend.* ).
        - Causis notoriis ( *Cap.* 5. §. *ult. Cap.* 61. §. *ult. de Appellationibus* ).
        - Causis criminum atrociorum ( *Leg.* 16. *de Appellationibus* ).
        - Judiciis, remota appellatione actis ( *Cap.* 53. *de Appellat. Vide tamen Engel. n.* 36. *hoc tit.* ).
      - Ob qualitatem sententiae, sententiis (*a*) interloquutoriis ( *Leg.* 4. *de Appellat.* ), nisi
        - Vel habeant vim sententiae definitivae ( *Leg.* 39. *de Minorib.* ).
        - Vel gravamen minitentur, quod per provocationem interpositam post definitivam sententiam reparari non possit ( *Leg.* 2. *de Appellationibus recipiendis* ).
    - Forma consistit
      - In ea rite inter ponenda
        - Quae
          - Quoad tempus, debet fieri intra decem dies a recitatione sententiae numerandos ( *Cap.* 15. *de Sentent. Auth. Hodie Cod. de Appellationibus.* ).
          - Quoad modum,
            - In sententia definitiva
              - Potest fieri viva voce, si apud acta quis appellaverit ( *Leg.* 2. *de Appellat.* ).
              - Debet fieri per libellum, si statim quis non appellaverit ( *Leg.* 5. §. *ult. de Appellat.* ).
            - In sententia interloquutoria debet fieri in scriptis, quamquam statim appelletur ( *C.* 1. *de Appell. in* 6. ).
        - Cujus effectus est
          - 1. Ut totum negotium una cum accessionibus devolvatur ad judicem qui appellatur ( *Cap.* 5. *de Appellat.* ).
          - 2. Ut suspendatur quoad eam causam, jurisdictio judicis a quo appellatur, ut interea nihil innovari possit, nisi
            - Vel appellatum sit in iis causis in quibus appellatio prohibetur ( *Cap.* 7. *de Appellat. in* 6. ).
            - Vel appellatum sit a censuris Ecclesiasticis absolute inflictis ( *Cap.* 53. *de Appellat. Cap.* 20. *de sent. Excommun. in* 6. ).
      - In petitione, ac receptione apostolorum, qui
        - Quoad tempus, petendi ac recipiendi sunt intra 30. dies ( *Leg.* 24. *Cod. de Appellat.* ).
        - Quoad modum petendi sunt
          - Instanter.
          - Loco ac tempore congruo.
          - *Cap.* 6. *de Appellat. in* 6.
      - In ea prosequenda, quae fit praesentatione apostolorum judici qui appellatur intra tempus definiendum a judice a quo est appellatum ( *Cap.* 4. *de Appellat.* ).
      - In ea finienda intra legitimum tempus, quod est
        - Annus vel ex justa causa biennium decurrendum a die interpositae appellationis ( *Leg. ult.* §. 4. *Cod. de Tempor. et reparationib. Cap.* 8. *de Appellat. Clem.* 3. *de Appellat.* ).
        - Longius tempus, si partes consenserint ( *Clem.* 4. *de Appellat.* ).
  - Extrajudicialis definitio: appellatio, quae fit ab actibus extrajudicialibus, quibus aliquis se gravatum queritur, vel probabiliter gravandum timet ( *Reiff. n.* 9. *de Appellat.* ).

(*a*) *Haec quae juris civilis doctrina est, abrogata fuit jure decretalium, quo ab interloquutoria sententia indistincte provocatio fuit permissa* ( Cap. 12. de Appellat. ) *Antiquato tamen jure decretalium, a Concilii Trident. Patrib.* in Sess. 13. Cap. 1. et Sess. 24. Cap. 20. de Reform. *restitutum est jus civile.*

# TABULA LXXXV.

## DE IN INTEGRUM RESTITUTIONE

( *ad Tit.* 16. *Lib.* 3. )

**Restitutionis in Integrum**

- **Definitio**
  - Quatenus petitur: redintegrandae rei, vel causae actio ( *Paulus Lib.* 1. *Sentent. tit.* 7. §. 1. ).
  - Quatenus datur: causae jure stricto amissae ob laesionem redintegratio ( *Arg. Leg.* 2. *Cod. In quibus causis in integrum restitutio* ).
- **Beneficium competit personis laesis (*Leg.* 1. *de in integr. rest.*) earumque successoribus (*Leg.* 6. *de in int. restitut.*), modo**
  - 1. Sit aliquid
    - Aut amissum quod antea quis habuit.
    - Aut omissum quod adquirere quis poterat.
    - Aut oneris susceptum quod suscipere non expediebat.
    - } *Leg.* 44. *de minoribus.*
  - 2. Quod ex amissione, omissione, susceptione actum est, non sit ipso jure nullum ( *Leg.* 3. *Cod. de in integr. restit. Min. Leg.* 16. §. 3. *de minoribus* ).
  - 3. Civile remedium non suppetat ( *Leg.* 16. *de minoribus* ).
  - 4. Laesio vel minima intercesserit modo majori rei non praejudicetur (*a*) ( *Leg.* 4. *de in integr. restit.* ).
  - 5. Laesio intercesserit ex caussis a lege comprobatis, quae sunt
    - Ex facto nostro (*b*)
      - Inconsulta facilitas ( *Leg.* 11. §. 4. *de minoribus* ) etiam citra adversarii dolum ( *Leg.* 5. *Cod. de in integrum restit. minor.*), quae tamen
        - Praesumpta ex aetate prodest solis minoribus ( *Leg.* 1. *de minorib.* )
        - Praesumpta ex non recta Curatorum administratione, minorum exemplo, prodest Ecclesiae, Locis piis, Reipublicae, et civitati ( *Engel. n.* 3. *de in integrum restitut.* ).
      - Metus ( *Leg.* 1. *de in integrum restitut.* ).
      - Justus error ( *Leg.* 2. *de in integr. restitut.* ).
    - Ex omissione nostra justum impedimentum, quod est
      - Aut ex nostra absentia
        - Tum necessaria(*Leg.* 26. *in fin. ex quib. caus. etc.* ) prout exempli gratia, quando
          - Absumus sine dolo malo reipublicae causa.
          - Absumus quia
            - Vel in vinculis detenti.
            - Vel in hostium potestate.
            - } *Leg.* 1. *ex quibus causis.*
        - Tum voluntaria probabili, qualis est studiorum causa et similes ( *Leg.* 28. *Ex quibus causis majores* ).
      - Aut ex Magistratu si ejus adeundi copia non fuit ( *Leg.* 26. §. 4. *Ex quib. causis.* ).
      - Aut ex natura rerum, prout si in servitute aquaeductus fons exhauserit, deinde post amissam non utendo servitutem, ad suas venas redierit (*Leg.* 35. *de servit. praedior. rustic.*).
    - Ex casu
      - Minima capitis deminutio debitoris ( *Leg.* 2. *de capite minutis* ).
      - Aliena obligatio novata a muliere contra S. C. Vellejanum (*Leg.* 16. *in fin. ad S.C. Vellejan.*).
- **Forma consistit**
  - In ipsius restitutionis petitione, quae debet fieri
    - Coram judice illius, contra quem petitur
      - Sive ordinarius sit, et administrationem habeat.
      - Sive sit delegatus, modo
        - Vel restitutionis causa specialiter sit ab ordinario commissa.
        - Vel restitutionis causa incidat in causa generaliter commissa.
        - } *Engel. n.* 7. 8. 9. *hoc tit.*
    - Ab illo ipso qui restitutionem petit, vel ejus procuratore speciali mandato instructo ( *Leg.* 25. §. 1. *de minoribus* ).
    - Intra quadriennium decurrendum
      - A die cognitae laesionis, si de Ecclesiae restitutione agatur ( *Engel. n.* 11. *hoc. tit.* ) nisi rationabilis aliqua causa subsit hoc terminum prorogandi ( *Cap.* 1. *de restitutione in integ. in* 6. ).
      - A die laesionis, vel remoti impedimenti, si de majorum restitutione agatur.
      - A principio anni vigesimi sexti, si de minorum restitutione agatur.
      - } *Leg. fin. Cod. de Temporib. in integr.*
  - In ipsius restitutionis concessione, quae
    - Partibus praesentibus est decernenda ( *Cap.* 5. *de in integr. restit.* ).
    - Plus quam semel non est danda, nisi ex nova causa ( *Cap. fin. de in integr. restit.* ).
    - Debet fieri intra quadriennium ( *Leg. ult. Cod. de Temporib. in integr. Clem. unic. de rest. in integr.*).
- **Effectus**
  - Postulatae tantum hic est, ut omnia in suo statu esse debeant, donec res finiatur ( *Leg. unic. in integ. rest. postulata ne quid* ), nisi adversus sententiam ex malitia restitutio petatur, quo casu non debet sententiae exequutio suspendi, praestita tamen condemnato idonea cautione ( *Cap.* 6. *de in integ. rest. Engel. n.* 10. *hoc. tit.* ).
  - Impetratae vero, ut omnia in prist. statum reducantur, ita ut nec usus habeat damnum, nec alter referat lucrum ( *Leg.* 24. §. 4. *de minoribus* ).

(*a*) *Ita Vinnius Part. Juris Civilis* lib. 3. Cap. 44., *Noodt.* ad tit. de in integrum restitut. *Pothier* ad leg. 4. De in integ. restit. *Alii ob minimam laesionem restitutionem semper negant.*

(*b*) *Nonnulli tamquam legitimam restituendi causam adversarii dolum agnoscunt: rectius fortasse tamen alii ex dolo nullam in integrum restitutionem quoad majores pertinet exoriri putant.* Vide Donellum Comm. lib. 21. cap. 5. n. 9.

# TABULA LXXXVI.

## DE ARBITRIS

( *ad Tit.* 17. *Lib.* 3. )

**Compromissi**

- Definitio: conventio qua litigantes adjecta certa poena promittunt se parituros sententiae arbitri, qui hoc negotium in se recipit, ( *Pothier ad tit. de receptis Num.* 1. ).
- **Requisita**
  - 1. Ut de eo negotio compromittatur, de quo compromitti potest, reprobatur autem compromissum
    - In causis criminalibus ( *Leg.* 32. §. 6. *de receptis* ).
    - In controversiis Status ( *Leg.* 32. §. 7. *de receptis* ).
    - In causis restitutionis in integrum ( *Leg. fin. Cod. ubi et apud quem, Cap.* 9. *de in integr. rest.* ).
    - In causis matrimonialibus ( *Cap.* 9. *de in integr. rest.* ).
    - In causis exemptionis ( *Cap.* 5. *de Arbitris* ).
  - 2. Ut compromittatur ab iis qui efficaciter possunt obligari, unde compromittere non possunt
    - Pupillus absque tutoris auctoritate ( *Leg.* 35. *de receptis.* ).
    - Minor viginti quinque annis ( *Leg.* 3. *de receptis* ).
    - Mulier si alieno nomine compromittat ( *Leg.* 32. §. 2. *de receptis* ).
  - 3. Ut compromittatur in eos, in quos compromitti potest, prohibetur autem compromissum
    - In servos ( *Leg.* 7. *de receptis* ).
    - In mulieres ( *Leg. fin. Cod. de receptis* ) nisi habeant jurisdictionem ( *Cap.* 4. *de Arbitris* ).
    - In pupillum, aut furiosum, aut surdum, aut mutum ( *Leg.* 9. §. 1. *de receptis* ).
    - In minorem viginti annis ( *Leg.* 41. *de receptis* ).
    - In unumquemque de re propria ( *Leg.* 51. *de receptis* ).
    - In laicos de negotio spirituali ( *Cap.* 8. *de Arb.* ) nisi habeant adjectum clericum, et accedat auctoritas Judicis Ecclesiastici ( *Cap.* 9. *de Arb.* ).
  - 4. Ut compromisso libera facultas judicandi relinquatur ( *Leg.* 19. *de receptis* ).
  - 5. Ut compromissum possit ad exitum perduci ( *Cap.* 12. *de Arb. Leg.* 17. §. 5. *de receptis* ).
  - 6. Ut a compromittentibus invicem caveatur de poena alteri praestanda ab eo qui non paruerit sententiae, aut fecerit quominus judicetur (*a*) ( *Leg.* 13. §. 1. *de receptis* ).
- **Effectus**
  - Ut arbiter cogatur sententiam dicere ( *Leg.* 3. §. 1. *de receptis* )
    - Ea sub conditione
      - 1. Ut compromissum subsit ( *Leg.* 11. §. 1. *de receptis* ) et quidem utile (*Leg.* 11. §. 4. *de receptis* ).
      - 2. Ut arbiter arbitrium receperit ( *Arg. Leg.* 13. §. 2. *de receptis* ).
      - 3. Ut arbiter nulla excusatione juvetur ( *Leg.* 15. *de receptis* ).
    - Cujus effectus, ut ex ea oriatur actio in factum vel exceptio, modo
      - Vel litigantes interposito jurejurando caverint se sententiae parituros (*b*). ( *Leg.* 4. *Cod. de receptis.*
      - Vel arbiter postulantibus litigatoribus juraverit se religiose judicaturum. ( *Leg.* 4. *Cod. de receptis.*
      - Vel litigatores sententiae subscripserint. ( *Leg.* 5. *Cod. de receptis Arb.*
      - Vel pars victa intra decendium ex quo lata sententia est, parti vel judici non denuntiaverit sibi sententiam non placere. ( *Leg.* 5. *Cod. de receptis Arb.*
  - Ut uterque litigator invicem obligetur ad praestationem poenae compromisso conventae
    - Si vel per ipsum steterit quominus judicatum sit
      - Aut ejus absentia ( *Leg.* 27. §. 4. *de receptis* ).
      - Aut prohibitione ( *Leg.* 27. §. 6. *de receptis* ).
      - Aut deductione in judicium ejus rei de qua est compromissum ( *Leg.* 30. *de receptis* ).
    - Si vel arbitro non paruerit ( *Leg.* 44. *de receptis* ).
- **Solutio evenit**
  - Morte arbitri ( *Leg.* 40. *Leg.* 45. *de receptis* ).
  - Morte alterius ex compromittentibus ( *Leg.* 47. §. 1. *de recept.* ) nisi in compromisso cautum sit ut compromissum transeat ad heredes utriusque compromittentis ( *Leg.* 49. §. 2. *de recep. Cap. fin. de Arbitris* ).
  - Arbitrio prolato ( *Leg.* 21. *de recep.* ).
  - Lapsu temporis compromisso praefiniti ( *Leg.* 21. §. 5. *de recep.* ).
  - Cessione bonorum unius e litigatoribus ( *Leg.* 17. *de recep.* ).
  - Transactione, vel interitu rei de qua est compromissum ( *Leg.* 32. §. 5. *de recept. etc.* ).

(*a*) *Postquam Justinianus ex legibus* 4. *et* 5. *Cod. de Receptis etc. constituit ut ex sententia arbitri actio vel exceptio competeret, constat etiam neglecta poena utiliter compromitti.*

(*b*) *Jure Novissimo ex Nov.* 82. *Cap.* 11. *prohibetur jusjurandi praestatio in compromisso; at jure canonico servatur, prout patet ex cap.* 2. *de Arbitris, et generatim ex cap.* 28. *de jurejurando.*

# TABULA LXXXVII.

## DE PACTIS, ET TRANSACTIONIBUS

( *ad Tit.* 18. *Lib.* 3. )

- Lites finiuntur etiam
  - Vel Pacto, cujus
    - Definitio: duorum vel plurium in idem placitum consensus ( *Leg.* 1. §. 2. *de Pactis* ).
    - Requisita
      - 1. Ut sit possibile ( *Leg.* 185. *de Regulis juris* ).
      - 2. Ut sit licitum; ideoque improbatur
        - Pactum de beneficio Ecclesiastico resignando pecunia aut alia re pretio aestimari solita (*Cap.* 4. *de Pactis* ).
        - Pactum de concedenda Ecclesia ea lege, ut post obitum provisi alius succedat ( *Cap.* 5. *de Pactis* ).
        - Pactum de solvenda graviori pensione, ut quis facilius Ecclesiam obtineat (*Cap.* 6. *de Pactis*).
        - Pactum laedens jus tertii ( *Cap.* 7. *de Pactis* ).
        - Pactum circa viventis hereditatem, nisi sit juramento roboratum ( *Cap.* 2. *de Pactis in* 6. ).
      - 3. Ut initum sit ab eo, qui consentire et jure gentium se obligare potest ( *Adi Vinnium in tract. de Pactis Cap.* 14. ).
  - Vel Transactione, cujus
    - Definitio: non gratuita rei dubiae decisio facta conventione partium ( *Adi Vinnium in tract. de Transact. Cap.* 1. *n.* 4. ).
    - Requisita
      - 1. Ut fiat ab his qui liberam habent rerum suarum administrationem ( *Adi Vinnium in tract. de Trans. Cap.* 1. *n.* 3. ).
      - 2. Ut aliquid detur, vel retineatur vel promittatur ( *Leg.* 38. *Cod. de Transact.* ).
      - 3. Ut detur, retineatur, promittatur litis decidendae causa ( *Leg.* 24. *Cod. de Transact.* ) sive lis praesens sit, sive futura metuatur ( *Leg.* 2. *Cod. de Transact.* ).
      - 4. Ut de iis rebus transigatur, de quibus transigere licet; reprobatur autem transactio
        - 1. De alimentis futuris ( *Leg.* 8. *Cod. de Transactione* ) mortis causa relictis, nisi Magistratus auctoritas, sive futura interveniat ( *Leg.* 8. §. 2. *de Transact.* ).
        - 2. De beneficio ecclesiastico etiamsi juramentum accedat ( *Cap.* 4. *de Trans.* ).
        - 3. De Jurepatronatus quod accepta pecunia in alium transferri non potest ( *Cap.* 9. *de Transact.* ).
        - 4. De sacramento Matrimonii ( *Cap. fin. de Transact.* ).

# TABULA LXXXVIII.

## LIBER IV.

## DE ECCLESIAE IN COERCENDIS CRIMINIBUS POTESTATE

( *ad Tit.* 1. )

- Ecclesiae potestas coercitiva exercetur
  - Quoad res
    - Tum in peccata, quod fit in foro interiori ( *Can.* 140. *de Cons. D.* 4. ).
    - Tum in delicta, quod fit in foro exteriori duplici poenarum genere, de quibus in Tab. CIV.
  - Quoad personas
    - Tum in Clericos cujusv. criminis reos ( *Cap.* 8. *de Jud.* ) qui
      - Vel per ipsos Ecclesiasticos magistratus puniuntur cum crimen poenam sanguinis non expo-scit ( *Cap.* 4. *de Raptor.* ).
      - Vel per civilem potestatem si crimen graviore poena sit coercendum, praemissa degradatione ( *Cap.* 10. *de Judiciis, ibique Gonzalez n.* 15. ).
    - Tum in Laicos, eorum tamen criminum reos, quae ad Ecclesiam pertinent ( *Cap.* 13. *de Judiciis* ).

# TABULA LXXXIX.

## DE DELICTIS, ET EORUM DIVISIONE

( *ad Tit.* 2. *Lib.* 4. )

- Delictorum
  - Definitio: Quaevis humana actio externa ab interna dependens, homini conscia, libera, consilio facta, adeoque imputabilis, sive immediate sive mediate perfecta societatis tranquillitatem ac commoda laedens (*Renazzi in Elemen. Juris. Crim. Cap.* 3. *de natura Delicti n. XI.* 2. ).
  - Species triplex potissimum, nempe
    - Mere Ecclesiastica sunt, quae tantum a jure Ecclesiastico sunt prohibita et tangunt res Ecclesiasticas, spiritualesve, ut crimen haeresis, simoniae etc.
    - Mere Civilia sunt, quae lege civili vetita reperiuntur, et versantur circa res profanas, ut delatio armorum etc.
    - Mixta sunt, quae tam a jure Ecclesiastico, quam Civili prohibentur, ut adulterium, perjurium etc.
    - *Gonzalez ad Cap.* 1. *de Off. Jud. Ord. n.* 8.
  - Cognitio
    - Quoad delicta mere Ecclesiastica privative spectat ad forum Ecclesiasticum ( *Schmier lib.* 5. *Tract.* 1. *Cap.* 1. *n.* 61. ).
    - Quoad delicta mere Civilia ad civilem rempubl. pertinet ( *Schmier ibid. n.* 62. ) nisi delinquens sit Clericus ( *Cap.* 8. *de Jud.* ).
    - Quoad delicta mixta pertinet ad utrumque forum in quibus datur praeventioni locus ( *Gonz. ad C.* 1. *de Off. Jud. ordin. n.* 8. ) nisi delinquens sit Clericus, quo casu cognitio privative spectat ad Judicem Ecclesiast. ( *Cap.* 8. *de Judiciis* ).

# TABULA XC.

## DE APOSTASIA

( *ad Tit.* 3. *Lib.* 4. )

- Apostasia triplex, nempe
  - Apostasia a fide, cujus
    - Rei sunt qui Christianam religionem, quam sancti baptismatis ablutione amplexi, professique erant, omnino abdicant, penitusque relinquunt ( *Renazzi in Elem. juris Crim. Cap.* 3. *de Apost. n. II.* 1.).
    - Poenae, eaedem sunt quae haereseos ( *Arg. C.* 13. *de haeret. in* 6. ).
  - Apostasia a regulari Instituto, cujus
    - Rei, qui temerarie recedunt a statu religioso per professionem, aut vota religionis substantialia inito sine proposito redeundi, vel cum proposito non redeundi ( *Schmalzg. n.* 11. *de Apost.* ).
    - Poenae
      - Excommunicatio
        - Ferendae sententiae ( *Cap. fin. de Regularibus* ).
        - Latae sententiae si habitum sit dimissum (*a*) ( *Cap.* 2. *ne Clerici vel Monach. in* 6. ).
      - Amissio privilegiorum Instituti, unde Regulares discesserunt ( *Conc. Trid. Ses.* 25. *de Regularibus Cap.* 19.).
      - Prohibitio ministrandi in ordine in Apostasia suscepto ( *Cap.* 6. *de Apostatis* ).
  - Apostasia a Clericatu, cujus
    - Rei sunt, qui in majoribus (*b*) ordinibus constituti, dimisso habitu, desertoque ordine clericali ad statum saecularem transeunt ( *Schmier lib.* 5. *tract.* 2. *Cap.* 3. *n.* 72. ).
    - Poenae
      - Excommunicatio
        - Ferendae sententiae ( *Can.* 3. *Caus.* 20. *q.* 3. ).
        - Latae si matrimonium de facto Clericus contraxerit (*c*) ( *Clem. Unica de Consanguinitate* ).
      - Amissio privilegiorum fori et canonis ( *Cap.* 1. *de Apostatis, ibiq. Gonzalez* ).

(*a*) *Haec tamen poena non est solius Apostatis propria, sed omnium Regularium qui habitum dimiserunt.*

(*b*) *Non tantum majoribus, sed etiam minoribus ordinibus insignitum Clericum si beneficium Ecclesiasticum habeat, idque retineat, simulque ad nuptias, vel statum Laicorum propria auctoritate se conferat, dimisso habitu Clericali Apostatam censeri docet Pirhing.* num. 4. de Apostatis.

(*c*) *Haec poena communis est omnium Clericorum, qui in Majoribus constituti matrimonium saltem de facto inire sint ausi.*

# TABULA XCI.

## DE HAERESI

( *ad Tit.* 4. *Lib.* 4. )

- Haereseos
  - Rei sunt
    - Tum qui fidem suscepti pertinaciter errant contra aliquam fidei Catholicae veritatem ( *Engel. n.* 1. *de Haeret.* ).
    - Tum qui scientes prudentes in fide dubitant ( *Cap.* 1. *de Haeret.* ) Vide tamen Engel. *n.* 1. Pirhing. *n.* 4. *et* 5. *de Haereticis.*
  - Poenae duplic. generis
    - Aliae communes tum Clericis, tum Laicis
      - Excommunicatio latae sententiae ( *Cap.* 9. 13. 15. *de Haereticis* ).
      - Irregularitas ( *Can.* 21. *Ca.* 1. *q.* 7. *Can.* 17. *Ca.* 6. *q.* 1. *Cap.* 2. §. 2. *de Haeret. in* 6.).
      - Ecclesiasticae sepulturae privatio ( *Cap.* 12. *de sepult. Cap.* 8. *de Haereticis*).
      - Privatio patriae potestatis in filios ( *Cap.* 2. §. *fin. de Haeret. in* 6. ).
      - Prohibitio testamenti condendi
      - Prohibitio ex testamento capiendi
        - *Pirhing. n.* 74. 75. *de Haereticis.*
      - Confiscatio bonorum ( *Cap.* 19. *de Haeret. in* 6. ).
    - Aliae propriae Clericorum
      - Degradatio ( *Cap.* 15. §. *pen. de Haeret.* ).
      - Applicatio bonorum haereticorum Ecclesiae a qua stipendia receperunt ( *Cap.* 13. §. 1. *de Haeret.* ).

# TABULA XCII.

## DE SCHISMATE

( *ad Tit.* 5. *Lib.* 4. )

- Schisma duplex, nempe
  - Proprii
    - Rei sunt qui se separant ab unitate universalis Ecclesiae ( *Reiff. n.* 2. *de Schismat.* ).
    - Poenae
      - Excommunicatio ( *Can.* 43. *caus.* 23. *q.* 5. ).
      - Inhabilitas ad beneficia et dignitates ecclesiasticas ( *Cap.* 5. *de Elect.* ).
      - Privatio Ecclesiasticae jurisdictionis ( *Can.* 6. *Ca.* 7. *q.* 1., *Can.* 31. *caus.* 24. *q.* 1. ).
      - Eaedem sunt quae in haereticos, si schismati admixta sit haeresis ( *Reiff. n.* 8. *de Schismat.* ).
  - Improprii rei sunt qui se separant a peculiari Ecclesia cui erant addicti ( *Renaz. in Elem. Jur. Crim. Cap.* 5. *de Schismate n. I.* 2. ).

# TABULA XCIII.

## DE VETITA TOLERANTIA HOSTIUM RELIGIONIS

( *ad Tit.* 6. *Lib.* 4. )

- Hostes Christianae Religionis
  - Ex jure tolerari nequeunt, nec ab Ecclesia neque a Principibus, a quibus ejici debent ( *Cap.* 13. §. *Moneantur de Haereticis*, *Reiff. n.* 139. *et seqq. de Haereticis* ).
  - Ex necessitate, idest ex gravioris mali metu tolerari possunt ( *Reiff. n.* 146. *et seqq. ibidem* ) nisi nova justa causa eos iterum depellendi superveniat ( *Reiff. n.* 151. *ibidem* ).

# TABULA XCIV.

## DE LIBRIS IMPROBATAE LECTIONIS

( *ad Tit.* 7. *Lib.* 4. )

- Libri pravi improbantur
  - Vel per Bullam Coenae, cuj. prohibitionis
    - Objectum sunt libri haereticorum, qui
      - Aut de Religione agant.
      - Aut Haeresim contineant.
      - { *Reiff. n.* 36. *et seqq. de Haereticis.*
    - Sanctio est poena excommunicationis
      - In eos qui hujusmodi libros
        - Aut legunt.
        - Aut retinent.
        - Aut imprimunt.
        - Aut defendunt.
        - { *Reiff. n.* 71. *et seqq. de Haereticis.*
      - Ea sub conditione, ut
        - Sciant librum
          - Esse editum ab haeretico auctore.
          - Agere de religione, vel continere haeresim.
          - { *Reiff. n.* 55. *ibid.*
        - Careant legitima eos legendi facultate ( *Reiff. n.* 56. *ibid.* ).
  - Vel per indicem ipsorum Librorum, qui in dies prodit, et in quo apostolica auctoritate damnati recensentur libri vel religioni vel bonis moribus noxii ( *Reiff. n.* 99. *et seqq. ibid.* ).

# TABULA XCV.

## DE HAERETICAE PRAVITATIS INQUISITORIBUS

( *ad Tit.* 8. *Lib.* 4. )

- Tribunalis Inquisitionis classis dup.
  - Aliud supremum, quod Romae, Pontifice praeside existit, et ad quod graviora ex toto christiano orbe negotia referenda ( *Paulus III. Const. Licet etc., Pius IV. Const. Cum nos etc., Pius V. Const. Sanctissimus etc. Const. Inter etc. Const. Cum Felicis etc.* ).
  - Aliud inferius quod passim in christianis provinciis erectum est, cujus
    - Munus situm est in ferendo judicio
      - Quoad personas, contra haereticos, eorumque fautores ( *Cap.* 11. *de Haereticis in* 6. ), nec non exemptos et religiosos regulares ( *Cap.* 11. §. *Denique etc. Farinac. quaes.* 186. *n.* 28. ) exceptis
        - Episcopis, nisi id specialiter sit commissum ( *Cap.* 16. *de Haereticis in* 6. ).
        - Officialibus Sedis Apostolicae, vel Nuntiis, nisi specialis Sedis Apostolicae licentia accedat ( *Extr. cum Matthaeus etc. de Haereticis* ).
        - Supremis Principibus, nisi supremum mandatum accedat ( *Pirhing. n.* 133. *in fin. de Haereticis* ).
      - Quoad objectum, in causa haeresis, atque omnibus incidentibus connexis et dependentibus ab ipsa causa haeresis ( *Farinac. quaest.* 186. *n.* 26. ).
    - Leges
      - 1. Ut accusatoris personam agere quivis teneatur, statim ac haereticum vel haeresim aliquam detexit ( *Farinacc. quaest.* 197. *n.* 35. ).
      - 2. Ut et excommunicati, et participes, et socii criminis ad testimonium perhibendum admittantur ( *Cap.* 5. *de Haereticis in* 6. ).
      - 3. Ut accusatoris ac testium nomina arcano premantur silentio ( *Cap.* 20. *de Haereticis in* 6. ).

# TABULA XCVI.

## DE SIMONIA

*( ad Tit. 9. Lib. 4. )*

- **Simoniae**
  - **Divisio**
    - Ratione caussae efficientis, est in
      - Propriam seu ex jure divino, cujus rei sunt qui pactionem ineunt de re spirituali, vel spirituali adnexa pro re temporali ( *Reiff. num.* 24. *de Sim.* ).
      - Impropriam, seu ex jure Ecclesiastico, cujus rei sunt
        - Qui Ecclesiastica beneficia propria auctoritate permutant ( *Cap.* 5. *et* 7. *de rerum permut.*).
        - Qui propria auctoritate transigunt de beneficio ecclesiastico ( *Cap.* 4. *de Transactionibus* ).
        - Qui emunt vel vendunt Officia ad temporalium Ecclesiae rerum administrationem spectantia ( *Cap.* 38. *de Sim.* ).
    - Ratione formae qua admittitur, est in
      - Internam, cujus reus est qui mente tantum proponit quid spiritualis pro temporali, vel e contra dare, quamvis malum propositum nondum sit exequutu ( *Reiff. n.* 15. *de Simonia* ).
      - Mentalem, cujus reus est qui non solum proponit, sed reapse dat spirituale aut temporale, eo animo ut vicissim temporale, aut spirituale possit consequi, quin tamen mali propositi signa extrinsecus patefaciat (*Reiff. n.* 15. *de Sim.* ).
      - Conventionalem, qua quis expresse aut tacite cum altero paciscitur de re spirituali pro temporali, vel e contra, quaeque
        - Vel est pura, si neutra ex parte datio sive exequutio accessit.
        - Vel est mixta, si ex una tantum parte exequutio pactioni accessit.
        - *Reiff. n.* 19. *de Simonia.*
      - Realem, quae patratur cum tacita vel expressa pactio de danda re spirituali pro temporali, aut e contra saltem inchoate ex utraque parte impletur ( *Reiff. n.* 20. *de Simonia* ).
      - Confidentialem, quae committitur quando quis cuipiam beneficium ecclesiasticum procurat, eligendo, postulando, praesentando, resignando, vel electum praesentatum instituendo, confirmando cum certa confidentia vel pacto ut is qui beneficium adeptus est cedat ipsi praefato modo procuranti aut alteri, vel ut ipsi aut alteri fructus beneficii, vel illorum partem seu pensionem praestet ( *Pius IV. Const. Romanum etc. Pius V. Const. Intolerabilis etc. Reiff. num.* 32. *de Simonia* ).
  - **Requisita**
    - Ut tamquam peccatum a Deo tantummodo puniatur: rei spiritualis pro temporali, aut e contra dationis
      - Vel sola conceptio.
      - Vel etiam perfectio, quin pravae cogitationis signa extrinsecus prodeant ( *C.* 34. *de Simonia* ).
      - *Reiff. n.* 15. *de Sim.*
    - Ut tamquam crimen poenis arbitrariis Ordinario coerceatur
      - Vel sola pactio de re spirituali pro temporali, aut e contra.
      - Vel pactioni dationis accessio ex una tantum parte.
      - *Engel. num.* 34. *Reiff. n.* 250. *de Simonia.*
    - Ut tamquam crimen poenis a jure statutis plectatur, sunt
      - 1. Traditio rei spiritualis et temporalis ex utraque parte saltem inchoate ( *Reiff. a n.* 239. *ad* 249. ), nisi
        - Aut agatur de electione Sum. Pontif. in qua simplex pactio coercetur ( *Fagnan. Cap.* 27. *n.* 13. *de Sim.* ).
        - Aut agatur de Simonia confidentiali, in qua ex una tantum parte traditio rei sufficit, ut Simoniacus poenis a jure statutis incurrat (*Reiff. n.* 284. *de Simonia* ).
      - 2. Criminis hujus admissio
        - Vel in ordinum collatione vel susceptione.
        - Vel in religionis ingressu. (*a*)
        - Vel in beneficiorum collationibus.
        - *Reiff. n.* 229. *de Simonia.*
  - **Poenae**
    - Si Simonia admittatur in ordinum collatione
      - In conferentem
        - Suspensio
          - Quoad collationem ordinum ac tonsurae.
          - Quoad exequutiones omnium munerum pontificalium.
        - Interdictio ab Ecclesia.
        - *SixtusV.Const. Sanctum et salutare etc.*
      - In ordinatum suspensio ab exercitio ordinum
        - Tam simoniace perceptorum.
        - Quam aliorum.
        - *Extrav. Dum detestabile de Simon. Reiff. n.* 262. *hoc. tit.*
      - In utrosque excommunicatio ( *Extrav. Cum detestabile* §. 2. *de Simon. Reiff. num.* 257. *et* 258. *de Simonia* ).
    - Si Simonia admittatur in religionis ingressu (*b*)
      - In dantes, ac recipientes
        - Excommunicatio, si crimen sit patratum a personis singularibus.
        - Suspensio ab Officio Capitulari ad jurisdictionem, et administrationem pertinens, si Capitulum, vel Conventus in crimen consenserint.
        - *Extrav. sane* §. 2. *de Simonia.*
      - In suscipientes ac susceptos detrusio e proprio Monasterio ut ad aliud arctioris regulae pergant ad ibi poenitentiam agendam ( *Cap.* 40. *de Simonia* ).
    - In beneficiis ecclesiasticis
      - Si Simonia sit realis simpliciter
        - In accipientem beneficium
          - Pretium dante eo ipso qui beneficium adquirit
            - Nullitas collationis ( *Extrav. Cum detestabile* §. 1. *de Simon.* ).
            - Excommunicatio ( *Extrav. Cum detestabile* §. 2. *de Simonia*).
            - Restitutio fructuum.
            - Inhabilitas perpetua ad illud beneficium et alia adquirenda.
            - *PiusV.Const. Cum primum.*
            - Depositio perpetua ab Altaris ministerio ( *Cap.* 11. *de Simon.* ).
          - Pretium dante aliquo tertio, privatio beneficii, modo
            - Interveniente ignorantia illius cui beneficium confertur
              - Vel non ex fraude aut odio beneficiati sit ab alio Simonia commissa ( *C.* 27. *de Sim.* ).
              - Vel beneficium beneficiatus per trienn. nondum posseserit (*Reg.*36.*Canc.Reiff.num.*278.*et seqq.deSim.*).
            - Scientia interveniente illius cui confertur
              - Aut expresse beneficium adquisiturus ante collationem non contradicat.
              - Aut sciat alterum non obstante contradictione in Sim. pergere, et beneficium acceptet.
              - *C.* 33. *de Sim.*
        - In beneficium conferentem excommunicatio ( *Extrav. Cum detestabile* §. 2. *de Sim.* ).
      - Si Simonia sit confidentialis, et ex ima saltem parte traditio accesserit
        - Excommunicatio.
        - Privatio beneficii simoniace adquisiti, nec non aliorum benefic. ac pensionum rite obtentarum.
        - Inhabilitas ad idem et alia beneficia obtinenda.
        - Beneficium per simon. confidentiae nulliter adquisitum reservatur Sum. Pontifici.
        - Fructus ex beneficio hujusmodi percepti applicantur Camerae Apostolicae.
        - *PiusIV.Cons. Romanum etc. Pius V.Cons. Intolerabilis etc.*

(*a*) *Confer. Reiff.* n. 163. et 164. de Simonia.
(*b*) *Confer. Reiff.* n. 254. et 255. de Simonia.

# TABULA XCVII.

## DE MALEDICTO, SIVE BLASPHEMIA

( *ad Tit.* 10. *Lib.* 4. )

- **Blasphemiae**
  - Definitio: Maledictio, sive verbum contumeliae adversus Deum.
  - Divisio praecipua est in
    - Enunciativam seu haereticalem, in qua
      - Vel Deo tribuitur quod ipsi non convenit.
      - Vel Deo detrahitur quod ipsi convenit.
      - Vel creaturae tribuitur quod uni Deo est proprium.
    - Imprecativam seu simplex, in qua aliquid mali imprecamur Deo.
    - *Engel. n.* 1. 2. *de Maledicis.*
  - Poenae
    - Ex jure civili ultimum supplicium ( *Novell.* 77. *in fine* ).
    - Ex jure Canonico publica poenitentia ante Ecclesiae fores, jejunium, multa ( *Cap.* 2. *de Maled.* ).

# TABULA XCVIII.

## DE SACRILEGIO

( *ad Tit.* 11. *Lib.* 4. )

- **Sacrilegii**
  - Definitio: rei sacrae violatio.
  - Divisio est in
    - Personale, quod committitur
      - Vel cum in personam sacram violentae manus injiciuntur.
      - Vel cum persona sacra trahitur ad tribunal saeculare.
      - Vel cum persona sacra luxuriose violatur.
    - Reale, quod committitur
      - Vel cum injuriose tractantur
        - Sacramenta.
        - Vasa sacra.
        - Reliquiae Sanctorum.
        - Sacrae imagines.
        - Sacra ornamenta vel instrumenta.
      - Vel cum furantur bona Ecclesiae.
      - Vel cum supprimuntur pia Legata.
      - Vel cum fraudantur jura Ecclesiae.
    - Locale, quod committitur per omnia, quae fiunt contra sanctitatem loci sacri, ut sunt
      - Malitiosa templi, vel Altaris destructio.
      - Occisio hominis.
      - Injuriosa humani sanguinis vel seminis effusio.
      - Humatio Cadaveris excommunicati, vel non baptizati.
      - Violenta extractio reorum.
      - Profani actus.
      - Furtum.
    - *Ferraris* ℣. *Sacrilegium.*
  - Poena est excommunicatio ( *Cap.* 22. *de Sententia Excommunicationis* ).

# TABULA XCIX.

## DE PERJURIO

( *ad Tit.* 12. *Lib.* 4. )

- Perjurii
  - Definitio: dolosa juramenti violatio ( *Bohemerus Elemen. Jurisp. Sect.* 2. *Cap.* 3. §. 40. ).
  - Poenae
    - Infamia ( *Can.* 7. *caus.* 22. *quaest.* 5. ).
    - Privatio Ecclesiasticorum Beneficiorum ( *Cap.* 11. *de jurejur. ibiq. Gonz. n.* 8. ).
    - Inhabilitas ad ferendum testimonium ( *Cap.* 54. *de Test.* ).

# TABULA C.

## DE DIVINATIONE

( *ad Tit.* 13. *Lib.* 4. )

- Divinationis
  - Definitio: superstitiosa inspectio, aut praedictio rerum occultarum aut futurarum (*Ala il Foro Criminale Trat. X. n.* 51. ).
  - Divisio, pro varietate rerum per quas exercetur, est in
    - Geomantiam, si terra
    - Areomantiam, si aer
    - Hydromantiam, si aqua
    - Pyromantiam, si ignis
    - Haruspicium, si exta animalium
    - Auspicium, si avium volatus
    - Augurium, si avium garritus
    - Pedomantiam, si pedes
    - Chiromantiam, si manus
    - Omen, si hominum voces
    - Onyratiticam, si hominum somnia
    - Physognomiam, si totum corpus
    - Spatulamantiam, si pectus
    - Metoposcopiam, si frons
    - Negromantiam, si corpora mortuorum
    - Astrologiam judiciariam, si astra

    Inspiciantur ( *Reiff. n.* 6. *de Sortilegiis* ).
  - Poenae
    - Ex jure civili concrematio ( *Leg.* 3. *Cod. de Maleficis* ).
    - Ex jure Canonum excommunicatio ( *Can.* 7. *caus.* 16. *quaest.* 5. ).

# TABULA CI.

## DE MAGIA

( *ad Tit. 14. Lib. 4.* )

Magiae
- Rei sunt qui ope Daemonis mira agunt ( *Reiff. n. 11. de Sortilegiis* ).
- Poenae
  - In Laicos excommunicatio.
  - In Clericos degradatio.

  } *Can. 15. caus. quaest. 7.*

# TABULA CII.

## DE DELICTIS VENEREIS

( *ad Tit. 15. Lib. 4.* )

Venereorum delictorum species sunt
- Fornicatio proprie dicta seu simplex, de qua in Sectione 1.
- Concubinatus, de quo in Sect. 2.
- Stuprum proprie dictum, de quo in Sect. 3.
- Adulterium, de quo in Sect. 4.
- Incestus, de quo in Sect. 5.
- Sacrilegium, de quo in Sect. 6.
- Raptus, de quo in Sect. 7.
- Sodomia, de qua in Sect. 8.
- Bestialitas, de qua in Sect. 9.

# TABULA CII.

### SECT. I.

## DE FORNICATIONE

Fornications proprie dictae, seu simplicis
- Definitio: copula carnalis soluti cum soluta (*a*) jam prius deflorata ( *Reiff. n. 54. de Adulteriis* ).
- Poena nulla est ( *Ala Il Foro Criminale Tratt. VIII. Classe 2. Pene n. 1.* ).

(*a*) *Soluti, et solutae intelliguntur non tantum illi qui nullo matrimonii vinculo, sed etiam qui nulla inter se consanguinitate, affinitate, ordine, voto aut alio impedimento sunt affecti, ita ut absque dispensatione matrimonium inire possint.* Reiff. n. 55. de Adulteriis.

# TABULA CII.

## SECT. II.

## DE CONCUBINATU

- **Concubinatus**
  - Definitio: commercium carnis assiduum et continuatum cum certa determinata foemina ( *Gonzalez ad Cap.* 6. *de cohabitat. Cler. et Mulier. num.* 3. ).
  - Poenae
    - Ex jure civili nullae ( *Arg. leg.* 1. §. 1. *de Concubinis* ).
    - Ex jure canonico
      - In Laicos sunt
        - Quoad concubinarios
          - Excommunicatio
            - Post trinas monitiones ab Ordinario infligenda.
            - A qua non est concubinarius absolvendus nisi resipuerit.
          - Aliae poenae Ordinarii arbitrio infligendae si per annum, neglectis censuris, in concubinatu delinquens permanserit.
        - Quoad concubinas, si ter monitae non pareant, graviter pro modo culpae sunt puniendae, atque extra oppidum vel dioecesim, si opus fuerit, ejiciuntur.
        - } *Conc. Trid. Sess.*24.*Cap.* 8. *de Refor. Matr.*
      - In Clericos in genere
        - Si beneficium habeant, sunt
          - Post primum monitum, privatio tertia parte fructuum beneficiorum.
          - Post alterum monitum, privatio omnibus fructibus, et suspensio a beneficii administratione.
          - Perseverantes adhuc in crimine, cunctorum officiorum, beneficiorumque Ecclesiasticorum ademptio, speique praecisio aliorum in posterum obtinendorum.
          - Denique, si adhuc non resipiscant, excommunicatio.
        - Si beneficium non habeant juxta delicti, et contumaciae perseverantiam, et qualitatem puniuntur ab Ordinario
          - Vel carcere.
          - Vel suspensione ab ordine.
          - Vel inhabilitatione ad beneficia in posterum obtinenda.
          - Aliisque poenis.
        - } *Conc. Trid. Sess.*25.*Cap.* 14. *de Reformatione.*
      - In Episcopos
        - Post synodi provincialis admonitionem suspensio ipso facto.
        - Adhuc in crimine perseverantes animadvertit Rom. Pontifex.

# TABULA CII.

## SECT. III.

## DE STUPRO

- **Stupri proprie dicti**
  - Definitio: virginis, vel honestae viduae violatio ( *Leg.* 6. §. 1. *Ad legem Juliam de Adulter.* ) a soluto admissa ( *Arg. Can.* 15. 16. *Caus.* 32. *q.* 5. ).
  - Poenae
    - Ex jure civili
      - Si stuprum sit simpliciter commissum
        - Publicatio partis dimidiae bonorum stupratoris si hic sit honestae conditionis.
        - Fustigatio, et relegatio si stuprator sit vilis conditionis.
        - } §. 4. *Instit. depubl. Judiciis.*
      - Si virgo nondum viri potens sit deflorata
        - Relegatio in insulam aut exilium si stuprator vilis.
        - Damnatio in metalla si humilior.
        - } *Leg.* 38. §. 3. *de Poenis.*
      - Si stuprum sit vi admissum mors ( *Ant. Matt. ad lib.* 48. *Dig. tit.* 3. *cap.* 5. *n.* 8. *in fine* ).
    - Ex jure canonico
      - In Laicos
        - Aut onus dotandi puellam.
        - Aut onus eam in uxorem ducendi.
        - Aut poena corporalis afflictiva.
        - } *Cap.* 1. *et* 2. *de Adulter. et Stupro*, *Maxhat Inst. Can. n.* 12. *de Adulter. et Stupro.*
      - In Clericos
        - Aut poena pecuniaria.
        - Aut suspensio.
        - Aut degradatio.
        - } *Farinacc. quaest.* 147. *num.* 65.

# TABULA CII.

## SECT. IV.

## DE ADULTERIO

- Adulterii
  - Ex jure civili
    - Definitio: concubitus cum aliena uxore ( *Arg. Leg.* 6. §. 1. *ad legem Juliam de Adulter.* ).
    - Poenae
      - In adulterum gladii punitio ( *Arg. Leg.* 6. §. 1. *ad legem Juliam de Adulter.* ).
      - In adulteram fustigatio, et in Monasterium detrusio ( *Novel.* 139. *Cap.* 10. ).
  - Ex jure canonico
    - Definitio: alieni thori violatio, sive solutus cum conjugata, sive conjugatus cum soluta, sive conjugatus cum conjugata carnaliter peccet ( *Reiff. n.* 2. 3. 4. *de Adulteriis, et Stupro* ).
    - Poenae
      - In Clericos
        - Confessos aut convictos de adulterio, depositio ( *Can.* 10. 11. *dist.* 81. ).
        - Diffamatos de adulterio, purgatio canonica a qua si defecerint suspensio debet sequi ( *Cap.* 5. *de Adulteriis et Stupro* ).
      - In Laicos
        - Excommunicatio ( *Cap.* 6. *de Adulteriis et Stup., ibiq. Doctores* ).
        - Amissio dotis ( *Cap.* 4. *de donation. inter virum* ).
        - Amissio donationis propter nuptias ( *Novel.* 117. *Cap.* 9. §. *ult.* ).
        - Separatio thori ( *Cap.* 4. 5. *de divortiis. Ibiq. Reiff. n.* 58.).

# TABULA CIII.

## SECT. V.

## DE INCESTU

- Incestus
  - Definitio: concubitus cum consanguineis aut affinibus inter quos matrimonium inhibetur ( *Engel. n.* 29. *de Adulteriis, et Stupro* ).
  - Poenae
    - Si simplex sit incestus
      - In Laicos excommunicatio.
      - In Clericos depositio.
      - *Engel. n.* 32. *de Adulteriis.*
    - Si incestus sit cum Matrimonii conatu admissus, excommunicatio latae sententiae ( *Clem. unic. de Consang., et Affin.* ).

# TABULA CII.

## SECT. VI.

## DE SACRILEGIO

Sacrilegii
- Definitio: species luxuriae, qua violatur corpus personae Deo consecratae per votum continentiae perpetuae (*a*) ( *Engel. n.* 39. *de Adulteriis* ).
- Poenae
  - In virum { Laicum excommunicatio. / Clericum depositio. } *Can.* 6. *Caus.* 27. *quaest.* 1.
  - In Monialem detrusio in arctius Monasterium ( *Can.* 28. 30. *caus.* 27. *quaest.* 1. ) vel in carcerem ( *Can.* 11. *caus.* 27. *quaest.* 1. ).

(*a*) *Non aeque convenit apud rerum criminalium scriptores an si vir per solemne castitatis votum Deo dicatus cum femina soluta rem habens sacrilegium, an simplicem fornicationem patret. Adi Farinacc.* q. 146. n. 30. de delictis carnis. *Amenum.* §. 9. Sacrilegium tit. 4. n. 2.

# TABULA CII.

## SECT. VII.

## DE RAPTU

Raptus
- Definitio: abductio mulieris libidinis cum ea explendae causa ( *Engel. n.* 34. *de Adulteriis* ).
- Poenae in raptorem { Laicum excommunicatio. / Clericum depositio. } *Can.* 1. *Caus.* 36. *quaest.* 2.

# TABULA CII.

## SECT. VIII.

## DE SODOMIA

Sodomiae
- Propriae seu perfectae
  - Definitio: coitus carnalis non servata debita diversitate sexus ( *Reiff. n.* 83. *de Adulteriis* ).
  - Poenae sunt
    - Ex jure civili, mors ( §. 4. *Inst. de publ. Judiciis* ).
    - Ex jure canonum { Excommunicatio si Laici / Degradatio, et in Monasterium detrusio si Clerici deliquerint. } *Cap.* 4. *de Excessibus Praelator.*
- Impropriae, seu imperfectae { Definitio: congressus viri cum foemina in vase praepostero. / Poenae Extraordinariae. } *Reiff. n.* 88. *de Adulteriis.*

# TABULA CII.

## SECT. IX.

## DE BESTIALITATE

Bestialitas
- Definitio: conjunctio hominis cum bestiis ( *Renaz. Inst. Crim. C.* 6. *de Venere monstrosa n. III.* 2. ).
- Poena mors ( *Can.* 4. *Caus.* 15. *q.* 1. ).

# TABULA CIII.

## DE USURIS

( *ad Tit.* 16. *Lib.* 4. )

Usurae
- Generatim acceptae definitio: accessio debitae quantitatis pro usu sortis praestanda ( *Pothier n.* 19. *de Usuris et fructibus etc.* ).
- Strictius acceptae, seu in sensu canonum
  - Definitio: quidquid ex mutuo temporale, et pretio aestimabile per pactum lucri causa sorti seu debito principali accedit ( *Engel. n.* 1. *de Usuris* ).
  - Divisio est in
    - Formalem, quae ex mutuo expresso oritur.
    - Palliatam, quae ex alio simulato contractu vel negotio quod mutuum celat, percipitur.

    } *Reiff. n.* 7. *de Usuris.*
  - Conventio
    - Regulariter prohibetur ( *Cap.* 4. *de Usuris* ).
    - Permittitur vero
      - 1. Aut ex causa damni emergentis vel lucri cessantis ( *Reiff. n.* 67. *de Usur.* ), modo
        - Mutuum vera sit causa damni emergentis vel lucri cessantis.
        - Non exigatur ratione talis damni emergentis vel lucri cessantis, nisi quantum arbitrio boni viri illud aestimatur.
        - Mutuans praemoneat mutuatarium de lucro sibi cessante vel damno emergente.
        - Hoc interesse non solvatur a mutuatario statim ac mutuum accipit, sed primum postea.

        } *Reiff. n.* 69. 70. *de Usuris.*
      - 2. Aut ex ratione periculi amittendae sortis, quod in se suscipit creditor ( *Reiff. n.* 72. *et seqq. de Usuris* ).
      - 3. Aut ex causa morae ( *Reiff. n.* 79. 80. *de Usuris* ).
  - Perceptio punitur
    - Restitutione usurarum indebite perceptarum; ad eamque urgetur tum usurarius (*C.* 4. *de Usur.*), tum ejus heredes ( *Cap.* 9. *de Usur.* ), nisi
      - Vel eos excuset notoria paupertas ( *Cap.* 5. *de Usuris* ).
      - Vel is cui usurae restituendae forent, et ipse usurarius sit, nec usuras restituat ( *Cap.* 14. 17. *de Usuris* ).
    - Excommunicatione si Laici, suspensione si Clerici usuras exercuerint ( *Cap.* 7. *de Usur.* ).
    - Privatione ecclesiasticae sepulturae ( *Cap.* 2. *de Usur. in* 6. ).

# TABULA CIV.

## DE POENIS ET CENSURIS ECCLESIASTICIS

( *ad Tit.* 17. *Lib.* 4. )

Poenarum, quibus utitur Ecclesia duplex genus, nempe

- Aliae vindicativae, quae poenae proprie appellantur, quaeque sunt
  - Inhabilitas ad beneficia, dignitates, et Officia Ecclesiastica.
  - Privatio illorum prius rite obtentorum.
  - Depositio.
  - Degradatio.
  - Infamia.
  - Irregularitas.
  - Poena pecuniaria.
  - Carcer seu incarceratio.
  - Detrusio in arctius Monasterium.
  - Tortura.
  - Verberatio seu flagellatio.
  - Exilium seu relegatio.
  - Confiscatio bonorum.

  } *Reiff. n.* 19. *de Poenis.*

- Aliae medicinales, quae censurarum nomine veniunt (*Reiff. n.* 18. *de Poenis*), quarum

  Definitio: poena spiritualis, per quam homini baptizato, delinquenti ac contumaci per ecclesiasticam potestatem quorumdam spiritualium usus aufertur donec a contumacia recedat ( *Engel. n.* 1. *de Sententia Excommunication.* ).

  Divisio
  - In genere
    - Aliae sunt latae a jure, quae scilicet in canone vel statuto aliquo continentur, quaeque sunt
      - Vel latae sententiae, hoc est ipso facto incurruntur absque sententia condemnatoria.
      - Vel sententiae ferendae, hoc est primum a judice ecclesiastico ex praescripto tamen juris infliguntur.
    - Aliae sunt latae ab homine, quae nimirum a Judice vel Praelato ecclesiastico per modum mandati aut sententiae judicialis feruntur.

    } *Reiff. n.* 45. 46. *de Sent. Excomm.*
  - In specie tripl. (*C.* 20. *de Verbor. signif.*), nempe
    - Excommunicatio, de qua in Tab. CV.
    - Interdictum, de quo in Tab. CVI.
    - Suspensio, de qua in Tab. CVII.

  Jus quoad earum inflictionem pertinet
  1. Summo Pontifici et Episcopis ( *Cap.* 16. *de Off. Judicis Ord.* ).
  2. Cardinalibus in Ecclesiis sui tituli ( *Cap.* 11. *de Majorit. et Obedient.* ).
  3. Legatis Sedis Apostolicae in territorio suae Legationis ( *Cap.* 7. *de Off. Legati* ).
  4. Capitulis Cathedralibus, Sede Vacante ( *Cap. unic. de Majorit. et Obedient. in* 6. ).
  5. Vicario Generali ( *Cap.* 7. *de sentent. Excommunicationis in* 6. ).
  6. Omnibus habentibus jurisdictionem in foro externo Ecclesiae (*Arg. C. de verbor. signif. C.* 1. *de Sent. Excom. in* 6. ).
  7. Praepositis regularibus in suos subditos ( *Cap.* 10. *de Majorit. C. ult. de statu Monachor. C.* 33. *de Simon.* ).

  Subjectum homo Christianus delinquens, ac Jurisdictioni censuram ferentis subjectus ( *Reiff. n.* 15. *et seqq. de Sent. Excommun.* ).

  Sublatio evenit
  - Aut per absolutionem, de qua in Tab. CVIII.
  - Aut ipso jure si qui censuram tulit, expresse addiderit hanc conditionem, ut quam primum censuratus a contumacia recesserit, et integram satisfactionem praestiterit, ipso facto absolutus habeatur.

  } *Engel n.* 17. *Reiff. n.* 241. *de Sen. excommun.*

# TABULA CV.

## DE EXCOMMUNICATIONE

### (*ad Tit.* 18. *Lib.* 4.)

**Excommunicationis**

- Definitio: censura Ecclesiastica qua homo Christianus a communione, seu corpore fidelium excluditur, et bonis quae illi inter se communicant privatur (*Reiff. n.* 50. *de Sent. Excommunicat.*).
- Species
  - Alia major (*a*), cujus
    - Definitio: censura Ecclesiastica, qua Christianus activa, et passiva communione fidelium, bonorumque inter se simpliciter, et quasi ex toto privatur (*Reiff. n.* 51. *de Sentent. Excommunic.*).
    - Effectus (*Reiff. a n.* 60. *ad* 78. *de Sent. Excom.*)
      1. Privatio communibus Ecclesiae suffragiis, seu bonis spiritualibus, quae ex actionibus, orationibus Ecclesiae factis cuivis fideli alias obveniunt (*Arg. Cap.* 38. *de Sent. Excommun. Reiff. n.* 60. *codem*).
      2. Privatio usu activo et passivo Sacramentorum, ita ut sine peccato mortali, nec administrari nec recipi possit ullum Sacramentum (*Arg. Cap.* 32. *de Sent. Excomm. Cap. fin. de Clerico Ecommunic.*).
      3. Excommunicatus non potest adesse absque gravi culpa divinis officiis, ac publicis orationibus (*Arg. Cap.* 43. *de Sentent. Excommunicat.*).
      4. Privatio Ecclesiasticae sepulturae (*Cap.* 12. *de sepulturis*).
      5. Incapacitas ad dignitates, beneficia, officia obtinenda, adeo ut quaevis collatio, praesentatio, electio etc. sit ipso jure nulla (*Cap.* 7. *de Clerico Excommunicat.*).
      6. Privatio distributionum quotidianarum (*Arg. C. unic. de Cler. non residentibus in* 6.).
      7. Rescriptum a Pontifice impetrare non potest excommunicatus nisi in causa excommunicationis, vel appellationis ad suam defensionem (*Cap.* 26. *de rescriptis, cap.* 1. *codem in* 6.).
      8. Privatio jurisdictionis ecclesiasticae, ita ut acta ab excommunicato facta sint ipso jure nulla (*Arg. Can.* 4. *caus.* 24. *quaest.* 1. *cap.* 24. *de Sent. et re judic.*).
      9. Excommunicatus neque agere, neque patrocinium aut testimonium in judiciis potest perhibere (*Cap.* 8. *de Sent. Excomm. in* 6.).
      10. Privatio communionis politicae, ita ut qui cum excommunicato communicant
          - Jure decretalium plectantur excommunicatione minori, vel majori si propter delictum communicant (*Cap.* 29. *et* 55. *de Sent. Excom.*).
          - Nunc plectantur excommunicatione minori, modo
            - Vel excommunicatus publice fuerit denuntiatus ut excommunicatus.
            - Vel excommunicatus excommunicationem sit passus ob notoriam Clerici percussionem. (*Martinus I. Const. Ad evitandam.*)
      11. Effectus est ut qui per annum in excommunicatione insorduerit, habeatur de haeresi suspectus, ita ut in eum procedi possit (*Conc. Trid. Ses.* 25. *Cap.* 3. *de Reform.*).
    - Violatio parit irregularitatem in violatorem (*Engel. n.* 65. *de Sent. Excommun.*).
  - Alia minor, cujus
    - Definitio: censura Ecclesiastica, quae christianum delinquentem arcet a perceptione Sacramentorum, atque beneficiorum adquisitione (*Cap. ult. de Clerico excommunicat.*).
    - Violatio gravi quidem peccato non vero irregularitate violatorem afficit (*Cap. ult. de Clerico excommunicat.*).

(*a*) *Excommunicatio major effectu nil differt ab anathemate, differt tamen quoad solemnitates peculiares quae in illo adhibentur, quaeque describuntur in Can.* 106. caus. 11. quaest. 3. *Adi Devoti* Inst. Can. §. VII. in nota 2. De Excommunicatione. *Excommunicatio major simpliciter excommunicationis nomine venit juxta Cap.* 59. de Sent. Excommunicat.

# TABULA CVI.

## DE INTERDICTO

( *ad Tit.* 19. *Lib.* 4. )

**Interdicti**

- Definitio: censura in locum vel personas lata, prohibens Sacramenta quaedam, divina officia, et sepulturam interdictis ministrari ( *Engel. n.* 32. *de Sent. Excommunicat.* ).
- Divisio est in
  - Locale, quod directe fertur in locum (*a*), quodque
    - Vel est generale, cujus
      - Definitio: Interdictum quod fertur in locum varia sub se loca complectens, exempli gratia regnum, provinciam, civitatem ( *Reiff. n.* 183. *de Sent. Excommunicat.* ).
      - Vis extenditur quoque in suburbiis, et in continentibus aedificiis, si civitas, castrum aut villa ecclesiastico interdicto subijciatur ( *Cap.* 17. *de Sent. Excommunicat. in* 6. ).
    - Vel est particulare, cujus
      - Definitio: Interdictum quod fertur in particularem aliquam Ecclesiam (*Reiff. n.* 183. *de Sent. Excom.*).
      - Vis extenditur quoque in Ecclesiae interdictae capellam, et coemeterium ipsius Ecclesiae contiguum ( *Cap.* 17. *de Sent. Excom. in* 6. *Reiff. n.* 192. 193. *de Sent. Excom.* ).
  - Personale, quod directe et immediate fertur in personam, quodque
    - Vel est generale, cujus
      - Definitio: Interdictum quod fertur in totum populum alicujus loci, districtus, Civitatis, etc: vel in integram aliquam Universitatem, Collegium, Capitulum, Conventum ( *Reiff. n.* 184. *de Sent. Excommun. in* 6. ).
      - Natura est, ut nisi aliud sit expressum
        - Si feratur in populum non extendatur in Clerum (*Cap.* 16. *de Sent. Excom. in* 6.).
        - Si feratur in Clerum non extendatur in populum (*Cap.* 16. *de Sent. Excom. in* 6.) neque in religiosos utriusque sexus (*Engel. n.* 85. *Reiff. n.* 187. *de Sent. Excom.*).
        - Non afficiat Episcopos vel alios superiores Praelatos (*Cap.* 4. *de Sent. Excom. in* 6.).
    - Vel particulare, quod fertur in unam vel plures singulares personas ( *Engel. n.* 85. *de Sent. Excom.* ).
  - Mixtum, quod simul locus, et personae talis loci interdicuntur ( *Reiff. n.* 185. *de Sent. Excom.* ).
- Effectus
  - Privatio Sacramentorum, exceptis
    - Baptismo et Confirmatione ( *Cap.* 19. *de Sent. Excom. in* 6.), quae tamen denegatur specialiter interdictis et iis qui generali interdicto causam dederunt ( *Reiff. n.* 200. *de Sent. Excom.* ).
    - Poenitentia, modo
      - Arceantur excommunicati, ii enim dumtaxat in mortis articulo ad hujusm. Sacramentum admittuntur ( *Cap.* 24. *de Sent. Excom. in* 6. ).
      - Arceantur ii qui interdicto causam dederunt, ii enim solum modo admittuntur si satisfecerint, aut de satisfaciendo idoneam praebuerint cautionem ( *Cap.* 24. *de Sent. Excom. in* 6. ).
    - Eucharistia, quae tamen iis tantum qui in mortis periculo versantur potest conferri ( *Cap.* 11. *de Poenit. et Remis. Cap.* 57. *de Sent. Excom.* ).
  - Privatio divinorum officior. quod tamen temperatum in locis tantum generaliter interdictis ( *Engel. num.* 92. *Reiff. n.* 206. *de Sent. Exc.*)
    - Primum a Greg. IX. qui Missam semel in hebdomada causa conficiendi Corpus Christi, quod decedentibus in poenitentia non denegatur celebrari posse permisit, modo hoc fiat
      - Non pulsatis campanis.
      - Voce submissa.
      - Januis clausis.
      - Excommunicatis et interdictis exclusis.
      - } *Cap.* 57. *de Sent. Excommun.*
    - Dein a Bonifacio VIII. qui Missas et alia divina Officia celebrari posse permisit, hoc tamen discrimine, quod
      - In Festivitatibus Natalis, Paschae, Pentecostes et Assumptionis Virginis gloriosae, quibus a Martino V. et Eugenio IV. additum fuit festum et tota octava Corporis Christi ( *Reiff. n.* 211. *de Sent. Excommunicat.* ) divina Officia solemniter celebrentur, modo tantum
        - Excommunicati penitus arceantur.
        - Interdicti propter quorum excessum Interdictum prolatum est, altari non appropinquent.
      - In ceteris diebus officia celebrentur quidem, attamen
        - Submissa voce, — Januis clausis, — Excommunicatis et interdictis exclusis, — Campanis non pulsatis.
      - } *Cap.* 24. *de Sent. Excom. in* 6.
  - Privatio Ecclesiasticae sepulturae, exceptis Clericis qui in loco interdicto sive generaliter, sive specialiter possunt sepeliri, modo
    - Non sint personaliter interdicti.
    - Interdicto locali causam non dederint.
    - Tempore interdicti generalis illud servaverint.
    - } *Cap.* 11. *de Poenitent. et Remiss.*, *Reiff. n.* 212. *de Sent. Excom.*
- Violatio plectitur
  - Irregularitate, si Clerici scienter celebrant in loco interdicto ( *Cap.* 18. §. *fin. de Sent. Excom. in* 6. ).
  - Suspensione, ab Officio, Beneficio, Jurisdictione ( *Cap.* 8. *de Excessibus Praelat.* ).
  - Privatione, juris activi, et passivi electionis ( *Cap.* 1. *de Postul. Praelat. Cap.* 18. §. *ult. de Sent. Excom. in* 6. ).
  - Excommunicatione
    - Sum. Pontifici reservata
      - In Dominos temporales qui cogunt Clericos in loco interdicto celebrare.
      - In interdictos qui jussi de Templo exire recusant.
      - } *Clem.* 2. *de Sent. Excommun.*
    - Non reservata
      - In eos qui interdictos in loco sacro, aut alios in loco interdicto scienter sepeliverint ( *Clem.* 1. *de Sepult. Engel. n.* 100. *de Sent. Excom.* ).
      - In regulares qui non observaverint interdictum locale generale ( *Clem.* 1. *de Sent. Excom.* ).

(*a*) *Circa locale interdictum observat Engel.* n. 84. *et Reiff. aliorum sententias referens* n. 197. de Sent. Excom. *quod quamvis hoc directe feratur in locum, afficit tamen omnes qui interdicto locali causam dederunt, ita ut ii in loco non tantum interdicto, sed etiam in quovis alio loco prohibeantur celebrare, vel audire divina.*

# TABULA CVII.

## DE SUSPENSIONE

( *ad Tit.* 20. *Lib.* 4. )

**Suspensionis**

- Definitio: Censura Ecclesiastica qua prohibetur minister Ecclesiae ab aliquo actu ecclesiastico alias sibi competente ( *Reiff. n.* 159. *de Sent. Excom.* ).
- Divisio est in
  - Suspensionem ab officio, qua prohibetur executio ordinum vel aliarum functionum, quae alias ratione muneris seu officii ecclesiastici incumbunt, quaeque
    - Vel est totalis si quis suspensus sit ab omni prorsus officio.
    - Vel est partialis quando unus spiritualis actus ordinis aut muneris ecclesiastici cuiquam prohibetur.
  - Suspensionem a beneficio, qua fructus sui beneficii Clericus administrare vel percipere prohibetur, quaeque suspensionem ab officio, et beneficio simul
    - Vel est totalis si a perceptione omnium fructuum Clericus suspendatur.
    - Vel est partialis si pars tantum aliqua fructuum beneficialium subtrahatur.

  ( *Reiff. n.* 162. *de Sent. Excom.* )
- Subjectum sunt omnes et soli Clerici, praeter Rom. Pontificem ( *Reiff. n.* 163. *de Sent. Excom.* ).
- Canones
  1. Suspensio absolute ac sine limitatione includit suspensionem ab officio simul, et beneficio (*Reiff. n.* 171. *de Sent. Excom.*).
  2. Suspensus ab officio censetur suspensus tam ab ordine quam a jurisdictione ( *Engel. n.* 76. *de Sent. Excom.* ).
  3. Suspensio ab officio non includit suspensionem a beneficio, nisi
     - Vel suspensio ab officio esset perpetua.
     - Vel fructus beneficii praecise percipiantur propter singulos actus officii a quibus quis est suspensus.

     ( *Engel. n.* 75. *de Sent. Excom.* )
  4. Suspensio a beneficio non includit suspensionem ab officio.
  5. Suspensus ab ordine non censetur suspensus a jurisdictione ecclesiastica, quam ut judex exercet, et cum ordine sacro necessario connexa non est. ( *Engel. num.* 76. *de Sent. Excom.* )
  6. Suspensus a jurisdictione potest ea facere quae mere ordinis sunt.
  7. Suspensus a beneficio ab uno Episcopo si habeat beneficia in diversis dioecesibus in dubio suspensus intelligitur tantum a beneficiis in illius Episcopi dioecesi obtentis ( *Engel. n.* 79. *de Sent. Excom.* ).
  8. Suspensus ab officio etiam alibi pro tali habendus ( *Engel. num.* 80. *de Sent. Excom.* ).
- Violatio plectitur
  - Irregularitate si Clericus ab officio suspensus officium exercuerit ( *Cap.* 1. §. *fin. de Sent. et re judic.*, *Engel. n.* 77. *de Sent. Excom.* ).
  - Amissione beneficii, si Clericus suspensus a beneficio eidem se ingerat et fructus percipiat ( *Cap.* 16. §. *Caeterum de Electione et electi etc. in* 6. *Engel. num.* 77. *de Sent. Excom.* ).

# TABULA CVIII.

## DE ABSOLUTIONE A CENSURIS

( *ad Tit.* 21. *Lib.* 4. )

- Absolutionis a Censuris
  - Auctor
    - Extraordinario seu in articulo mortis quilibet Sacerdos ( *Conc. Tr. Ses.* 14. *de Poenitent. Cap.* 7. ) ea tamen lege ut si absolutus convalescat sistere se quamprimum debeat ei, qui alias ordinariam haberet absolvendi potestatem ( *Cap.* 22. *de Sent. Excom. in* 6. ).
    - Ordinarie
      - A censuris latis a lege
        - Si non sint reservatae
          - Vel proprius Episcopus.
          - Vel Sacerdos qui facultatem habet administrandi Sacramentum poenitentiae (*Engel. n.* 224. *Reiff. n.* 246. *Maschat Inst. Can. num.* 23. *de Sent. Excom.* ).
            - *Cap.* 29. §. *In secundo vero casu etc. de Sent. Excommun.*
        - Si sint reservatae
          - Auctor legis et censurae qui sibi eamdem censuram reservavit ( *Cap.* 29. §. *In secundo vero casu etc., de Sent. Excom. Conc. Tr. Ses.* 14. *de Poenit. Cap.* 7.) exceptis censuris reservatis a R. Pontifice, quae
            - In casibus occultis (demptis latis in Bulla Coenae a quibus nemo nisi per Pontif. Rom. est absolvendus ) tolli possunt
              - Vel per Episcopos. ( *Concil. Trid. Sess.* 21. *C.* 6. *de Refor.* )
              - Vel per Regulares.
                - *Maschat Inst. Canon. n.* 24. *de Sent. Excom.*
            - Si his affecti sint senes, mulieres, infirmi, vel mutilati tolli possunt per Episcopum ( *C.* 13. *de Sent. Excom.* ).
      - A censuris latis ab homine
        - Si latae sint generaliter omnis, qui potest absolvere a censuris latis a jure ( *Cap.* 3. *de Inst. Schmalz. num.* 94. *de Sent. Excommunic.* ).
        - Si latae sint specialiter
          - Vel is qui illas tulit (*Cap.* 26. *de Offic. et Potest. Jud. deleg. Cap.* 3. *de Offic. Jud. Ord.*).
          - Vel successor ( *Can.* 40. *Caus.* 11. *q.* 3. *Cap.* 11. §. *praeterea de Officio Jud. Ord.* ).
          - Vel delegatus ( *Can.* 41. *de rescriptis* ).
          - Vel superior et quidem
            - Immediate si habeat cum eo qui censuras inflixit concurrentem potestatem ( *Cap.* 22. *de Sent. Excom. in* 6. ). (*a*)
            - Per appellationem si separatam quamvis superiorem habeat jurisdictionem.
              - *Engel. n.* 116. *et* 117. *de Sent. Excom.*
  - Modus quintuplex
    - 1. Pure.
    - 2. Ad cautelam prout ad cavendam nullitatem rescripti Apostolici, Electionis, Beneficii dari solet.
    - 3. Sub conditione.
    - 4. Cum reincidentia, ut si absolutus intra certum tempus hoc aut illud non fecerit in similem censuram iterum incidat ( *Cap.* 22. *de Sent. Excom. in* 6. ).
    - 5. Ad certum dumtaxat effectum ut puta ad testimonium perhibendum.
      - *Reiff. n.* 267. *de Sent. Excommun.*

(*a*) *Censet tamen Engel.* n. 116. de Sent. Excom. hodie post Conc. Tr. Ses. 24. C. 20. de Ref. *Legatos Pontificios nequidem a latere dictos posse citra appellationem a Censuris ab Ordinario latis quemquam absolvere,*

FINIS.

# INDEX TABULARUM

PROEMIALIA


Tabula I. *De Juris Canonici Collectionibus* . . Pag. 3
— II. *De Ecclesiae natura, et caracteribus.* . » ibi
— III. *De Jure Canonico* . . . . . » 4


LIBER I.


— IV. *De Jure personarum, deque Laicis, et Clericis generatim.* . . . . . » 5
— V. *De Hierarchia ordinis* . . . . . » ibi
— VI. *De Episcopis* . . . . . » 6
— VII. *De Presbyteris, eorumque ministris* . . » 7
— VIII. *De Hierarchia jurisdictionis.* . . . . . » 8
— IX. *De Summo Pontifice.* . . . . . » 9
— X. *De Cardinalibus, et Legatis.* . . . . . » 10
— XI. *De Episcopis in altiore Jurisdictionis gradu constitutis* . . . . . » 11
— XII. *De Coadjutoribus, et Chorepiscopis* . . » 12
— XIII. *De Praelatis inferioribus.* . . . . . » ibi
— XIV. *De Capitulis Canonicorum* . . . . . » 13
— XV. *De Dignitatibus, Personatibus, et Officiis.* » 14
— XVI. *De Vicariis.* . . . . . » 15
— XVII. *De reliquis Personis hierarchiam jurisdictionis constituentibus* . . . . . » 16
— XVIII. *Quibus modis potestas ordinis acquiritur.* » ibi
— XIX. *De Consecratione Episcoporum* . . . . » 17
— XX. *De Presbyterorum, et aliorum Clericorum ordinatione* . . . . . » 18
— XXI. *Quibus modis potestas jurisdictionis, et ecclesiastica beneficia acquirantur.* . . » 19
— XXII. *De Electione* . . . . . » ibi
— XXIII. *De Postulatione* . . . . . » 20
— XXIV. *De Collatione* . . . . . » ibi
— XXV. *De Institutione et jurepatronatus* . . . » 21
— XXVI. *Quibus Magistratus Ecclesiastici et beneficia recte tribuantur* . . . . . » 22
— XXVII. *Qui promoveri non possunt, seu de Irregularitatibus* . . . . . » 23
— XXVIII. *Quibus modis jurisdictio, et beneficia amittantur* . . . . . » 24
— XXIX. *De Renunciatione.* . . . . . » ibi
— XXX. *De Translatione* . . . . . » 25
— XXXI. *De Permutatione.* . . . . . » ibi
— XXXII. *De Depositione, et de Degradatione* . . » 26
— XXXIII. *De Regularibus* . . . . . » 27


LIBER II.


— XXXIV. *De Rerum Divisione* . . . . . » 28
— XXXV. *De Sacramentis in genere.* . . . . . » 29
— XXXVI. *De Baptismo* . . . . . » 30
Tabula XXXVII. *De Confirmatione.* . . . . . Pag. 31
— XXXVIII. *De Eucharistia* . . . . . » ibi
— » Sect. I. *De Eucharistia uti Sacramentum.* » 32
— » Sect. II. *De Sacrificio Eucharistiae.* . . » 33
— XXXIX. *De Poenitentia.* . . . . . » ibi
— XL. *De Extrema Unctione* . . . . . » 34
— XLI. *De Ordine* . . . . . » ibi
— XLII. *De Matrimonio.* . . . . . » 35
— XLIII. *De Sponsalibus* . . . . . » 36
— XLIV. *De Impedimentis Matrimonii.* . . . . » ibi
— » Sect. I. *De Impedimentis Dirimentibus.* » 37
— » Sect. II. *De Impedimentis Impedientibus.* » 38
— XLV. *De Divortiis* . . . . . » ibi
— XLVI. *De Indulgentiis et remissionibus* . . . » 39
— XLVII. *De Divino Officio.* . . . . . » ibi
— XLVIII. *De Festorum Celebratione* . . . . . » 40
— XLIX. *De Jejuniis.* . . . . . » ibi
— L. *De Ecclesiis.* . . . . . » 41
— LI. *De Locis sacris, seu Ecclesiis, atque Altaribus consecrandis et reconciliandis* . » ibi
— LII. *De Ecclesiarum Immunitate* . . . . . » 42
— LIII. *De Oratoriis* . . . . . » 43
— LIV. *De Sacra Suppellectile.* . . . . . » ibi
— LV. *De Reliquiis et veneratione Sanctorum* . » ibi
— LVI. *De Sepulturis* . . . . . » 44
— LVII. *De Monasteriis* . . . . . » 45
— LVIII. *De Seminariis Clericorum.* . . . . . » ibi
— LIX. *De Hospitalibus* . . . . . » 46
— LX. *De Rebus Ecclesiae Temporalibus* . . » ibi
— LXI. *De Beneficiis* . . . . . » 47
— LXII. *De Commendis Beneficiorum.* . . . . » 48
— LXIII. *De Pensionibus Ecclesiasticis* . . . . » 49
— LXIV. *De Censibus, Exactionibus, Procurationibus.* » 50
— LXV. *De Decimis.* . . . . . » 51
— LXVI. *De Primitiis et Oblationibus, caeterisque temporalibus bonis Clericorum* . . . » 52
— LXVII. *De Peculio Clericorum.* . . . . . » ibi
— LXVIII. *De Rebus Ecclesiae non alienandis* . . » 53
— LXIX. *De Immunitate bonorum Ecclesiasticorum.* » ibi


LIBER III.


— LXX. *De Judiciaria Ecclesiae Potestate* . . » 54
— LXXI. *De Judiciis* . . . . . » ibi
— LXXII. *De Procuratoribus* . . . . . » 55
— LXXIII. *De Foro Competenti.* . . . . . » 56
— LXXIV. *De Libelli Oblatione, deque in jus vocando.* » 57
— LXXV. *De Dolo, et Contumacia* . . . . . » 58
— LXXVI. *De Litis Contestatione.* . . . . . » ibi
— LXXVII. *De Juramento Calumniae.* . . . . . » 59

Tab. LXXVIII. *De Probationibus.* . . . . . Pag. 59
— » Sect. I. *De Confessione* . . . . . » 60
— » Sect. II. *De Testibus* . . . . . » ibi
— » » Art. I. *De Fide Testium.* . . . . » 61
— » » Art. II. *De Testium usu in judiciis.* » 62
— » Sect. III. *De Scripturis.* . . . . . » 63
— » Sect. IV. *De Jurejurando* . . . . . » 64
— » Sect. V. *De Inspectione rei* . . . . . » 65
— » Sect. VI. *De Praesumptionibus* . . . . » ibi
— LXXIX. *De Exceptionibus et Replicationibus* . . » 66
— LXXX. *De Ordine cognitionum.* . . . . . » 67
— LXXXI. *De mutuis Petitionibus.* . . . . . » 68
— LXXXII. *De Dilationibus* . . . . . » ibi
— LXXXIII. *De Sententia et re judicata* . . . . . » 69
— LXXXIV. *De Appellationibus* . . . . . » 70
— LXXXV. *De in integrum Restitutione* . . . . . » 71
— LXXXVI. *De Arbitris* . . . . . » 72
— LXXXVII. *De Pactis, et Transactionibus* . . . . » 73


LIBER IV.


— LXXXVIII. *De Ecclesiae in coercendis criminibus potestate* . . . . . » 74
— LXXXIX. *De Delictis, et eorum divisione.* . . . » ibi
— XC. *De Apostasia* . . . . . » 75
— XCI. *De Haeresi* . . . . . » ibi
Tabula XCII. *De Schismate* . . . . . Pag. 76
— XCIII. *De Vetita tolerantia hostium religionis* . » ibi
— XCIV. *De Libris improbatae lectionis* . . . . » 77
— XCV. *De Haereticae pravitatis Inquisitoribus* . » ibi
— XCVI. *De Simonia* . . . . . » 78
— XCVII. *De Maledicto, sive Blasphemia* . . . » 79
— XCVIII. *De Sacrilegio* . . . . . » ibi
— XCIX. *De Perjurio* . . . . . » 80
— C. *De Divinatione.* . . . . . » ibi
— CI. *De Magia* . . . . . » 81
— CII. *De Delictis Venereis.* . . . . . » ibi
— » Sect. I. *De Fornicatione* . . . . . » ibi
— » Sect. II. *De Concubinatu* . . . . . » 82
— » Sect. III. *De Stupro* . . . . . » ibi
— » Sect. IV. *De Adulterio* . . . . . » 83
— » Sect. V. *De Incestu* . . . . . » ibi
— » Sect. VI. *De Sacrilegio* . . . . . » 84
— » Sect. VII. *De Raptu* . . . . . » ibi
— » Sect. VIII. *De Sodomia* . . . . . » ibi
— » Sect. IX. *De Bestialitate.* . . . . . » 85
— CIII. *De Usuris* . . . . . » ibi
— CIV. *De Poenis et Censuris Ecclesiasticis.* . » 86
— CV. *De Excommunicatione* . . . . . » 87
— CVI. *De Interdicto* . . . . . » 88
— CVII. *De Suspensione* . . . . . » 89
— CVIII. *De Absolutione a Censuris* . . . . . » 90

11017/57/1/2 Re
48K
ge

Date Due

| | | | |
|---|---|---|---|
| | | | |
| | | | |
| | | | |
| | | | |
| | | | |
| | | | |
| | | | |
| | | | |
| | | | |
| | | | |
| | | | |
| | | | |
| | | | |
| | | | |
| | | | |
| | | | |

bd CAT. NO. 23 233 PRINTED IN U.S.A.

TRENT UNIVERSITY
0 1164 0440222 8

LR
f KBG .D51
Devoti, Giovanni
Institutionum juris canonici
tabulae synopticae juxta ordinem
habitum.
DATE ISSUED TO
43343